qui dicunt̃ in sermonib⁹ Gal. est sciendum
ꝙ cũ siccitate tabida posse eẽ temperantia3
ĩter calidũ & frigidũ potest dupliciter ĩtel
ligi. Primo ꝙ sit temperantia sana qualis
erat tẽpore sanitatis quãdo iste non erat sic
siccus: & hoc modo est ĩpossibile ꝑꝑ rõnem
dictã qa ad defectum humidi sequit̃ infri
gidatio: & hoc mõ omne tabidũ ẽ frigidu3
siue sit tabes naturalis: ut in senectute siue
accidentalis. Alio mõ ĩtelligit̃ temperantia
huius ꝑ exclusionẽ distemperamẽti positi ĩ
calore uel frigore: & hoc mõ potest eẽ tabes
cum temperamento in calore: uel frigore.
Tabes eni3 cu3 temperamento in calore est
tabes febrilis: ut in causone colliquatiua ul
time: & in ethica circa finem secũde spẽi: &
tertie. In prima enim specie nõ est uera: nec
apparẽs tabes. Tabes ãt cũ distemperamẽto
in frigore est sicut illa in quã cadit ethicus
febrilis ex potu frigide aque: si ergo ꝓpter
defectũ digestiue stomachi a siccitate aliqs
exiccat̃ paulatim iste potest fieri calidus: &
erit siccus nõ tamẽ erit distemperatus ĩ ca
lore ut febriens: nec ĩ frigore ut ĩfrigidat⁹
potu aque frigide: uel infrigidatus ex as
sumptione opii. unde factus ẽ exiccatus de
fectu nutritiue. Aliter tamen subtiliamus
imaginãdo partes extensiuas caloris: & ꝑtes
intensiuas. s. caloris cõplexionis q̃ sequitur
mixtionẽ elementoꝝ. ¶ Et dicamus ꝙ ex
siccitate multa nõ fit necessario distempera
mentũ in forma caloris intẽsiue sumpta: s3
extensiue: prima tñ solutio clarior ẽ. Dixit
aũt Auic. ꝙ ethica senectutis cũ temperamẽ
to in calore & frigore ẽ ꝯm minus. i. raro ĩ
uenitur: qa multa exiccatio ut in pluribus
fit a fortibus causis calefacientib⁹: uel a for
tibus ĩfrigidantib⁹: ex qbus deficit nutri
tiua. ¶ Dubitatur an siccitas senilis debeat
dici cũ temperamento calidi & frigidi ¶
Dicendũ ꝙ nõ respectu illius quod fuit ãte
siue tempore iuuentutis & puericie. ĩmo ẽ
ibi manifesta frigiditas nõ solu3 priuatiõe
calidi: sed etiã positiue dominante frigido
terrestri & aque crudo. Respectu tñ extensi
onũ calidi & frigidi quib⁹ illa siccitas: ꝑ illi
similis põt cõiungi dicit̃ eẽ tabes a sicco cũ
temperamẽto frigidi & calidi: nos aũt de
tota senum sanitate scripsimus super libro
tegni tractatu de signis. ex qbus soluũtur
cõtraria. ET SENES. Considerandu3 ꝙ
pueri cõsiderato gradu humiditatis & ui
gore nutritiue remotiores sunt a casu in sic
citatem senilem q̃ iuuenes: sed considerata
aptitudine humidi ad euaporandum para
tiores sunt pueri quã iuuenes: ut declaraui
mus fen. 2ª tertii libri: & hic eẽt locus spe
culatiõis. ET CAVSA. ¶ Considerandum
circa primã causam quomodo ex caliditate
liquefaciente sequitur frigus: quia adhuc
actu potest esse calor calefaciẽs: Ergo frig⁹
priuatiõe naturalis calidi: & calor extrane⁹
possunt simul esse. Secunda causa ẽ potus
frigide aque. Tertia causa est uapores mali
& frigidi zc̃. Et hic cõsidera: quia ista frigi
ditas est dispositio contraria febri putride:

sicut enim in febre putrida uapores calidi distemperant cor: & exinde spargit̃ in totũ corp⁹ hec caliditas ita ĩ hac dispõne uapores frigidi ĩfrigidant cor: & exinde fit sparsio huius frigiditatis sup toto: & ĩtellexit hoc Haly. in tegni ca°. de signis egritudinum cordis: cum dixit. Sexta spẽs signoꝝ est ex frigore corporis: & sermo ĩ hoc est sermo cõtrarius sermoni in febribus: & qñ scit̃ unũ duoꝝ cõtrarioꝝ scitur & reliquũ. Quarta causa est euacuationes zc̃. ¶ Quinta causa ẽ superflua infrigidatio ĩ febre: siue cũ potu siue cum emplastris: & ĩ hoc differt a causa 2ª. Illa eniꝫ erat infrigidatio superflua cũ febre: uel sine febre & cũ potu aque frigide Ista autem causa quarta est infrigidatio superflua in febre tantum. ET HEE. Confirmat̃ ꝓprie facta cõsumptione in hũiditate substantifica siue glutinosa ut in senectute: si ergo illi esset ingenium esset senectuti ingenium: & si illi etiaꝫ & morti & cũ senect⁹ sit semita ad mortem. Arduas aũt difficultates de repositione humidi lege in his que scripsimus primo cañ. ca° de ꝟtutibus.

Signa.

IN ISTIS. Considerandu ꝙ signa extendit ad ethicam senectutis que est siccitas cuꝫ frigiditate excluso accidentali calore: uel siccitas cum tempamento ĩ calore uel frigiditate: & dixit. ADVBVL. i. ɔsũptiõis: qa oculi cõcaui. i. timpora plana zc̃. FORTASSE FRIGIDI TACTVS. quia nõ ẽ oĩno distẽperat⁹ in frigido cuꝫ distẽpamẽto manifesti excessus sicci. Cã paruitatis caloris & raritatis pulsus eorũ est nota: nisi fortis fiat debilitas: unde oportet ꝙ recuperetur ꝑ frequentiam. ET PROPRIE. Hic textus tollerat duos intellectus. Vn⁹ est ꝙ ex potu frigide aque fit pulsus frequens quia fit multa debilitas uirtutis & ĩdura° arterie: ergo multũ paruificat̃ pulsus & tardatur: oꝫ igit̃ ꝙ fiat paruus ualde & tard⁹ & frequẽs. Ali⁹ intellectus ꝙ cuꝫ aqua frigida uehemẽter infrigidat & tollerat necessitateꝫ euentationis tunc proprie fiet pulsus paruus tardus & rarus: & hoc credo eẽ ueꝝ tu tñ cõsidera. ET QVANDOQVE EST VRINA. Et hoc ꝓpter frigiditatem & siccitatem. dixit quãdoq̃: quia quandoq̃ potest esse grossa si flegmata que generant̃ inde euacuarentur: sicut senes in corpore: & a figura zc̃.

¶ Curatio ethice senectutis.

NON ADHIBETVR. ¶ Cum nonduꝫ cõfirmata est: quia nõ est manifesta ɔsumptio humiditatis ultime speratur ꝙ non cõfirmetur quod potest non esse. aliquãdo priuatio uel cõsumptio humiditatis tertie nec secũde: sed consumetur prima: sicut in prima specie ethice: tamẽ causa in hoc non esset ita uehemẽs & fixa uerbi gratia. mala complexio frigida uel defect⁹ nutritiue ꝙ sperat̃ eius remotio. ET CANON. ¶ Hic accipitur ꝙ cum hac ethica est ĩfrigidatio. Clisteria ex capitibus. s. agni ãnualis uel hedi. CVM CICERE zc̃. Ad calefaciendum. SVPER CIBATIONEM. i. post cibatõeꝫ. ET DIGESTIONEM. Sicut dictum ẽ de balneo. Reliqua sunt nota zc̃.

¶ Tractatus quartus de febribus pestilentialib⁹: & que sunt eis homogenea uariolis & morbillo.

¶ Capitulũ de febre pestilentiali.

QVANDOQVE ACCIDIT zc̃. Post sciam de effimeris: & post sciaꝫ de putridis & ethicis remanserat Auic. determinare de febribus pestilentialibus: & uariolis: & morbillis q̃ sunt dispõnes homogenee febri pestilentiali eo ꝙ multe fiunt ĩ aere pestilẽtiali: & hoc dicit. Rubrica. remanebat ẽt de febre apostematũ: & de febrib⁹ compositis: & iõ hoc totũ sicut residuuꝫ aggregauit in hoc tractatu. q° ¶ Primo g° determinat de febribus pestilentialibus. 2° de aliis. ibi 2ª. QVANDOQVE ACCIDIT. Prima ĩ tres. Primo determĩat de causa febris pestilentialis. 2° de signis febris pestilentialis: & pestilentie aeris. 3° de cura. ibi 2ª. ET FEB. ibi tertia. SVMMA. Ad sciendu aũt cãm febris pestilentialis oportet scire quomodo fit aer pestilentialis. Scd̃o que sint cause facientes aereꝫ pestilentialem. Tertio quomõ aer factus pestilentialis facit febreꝫ dictam pestilentialem. Primo ergo facit primũ. 2° scd̃m: & 3° 3ᵐ. ibi 2ª. ET QVANDOQVE. ibi 3ª. ET QVANDO FIT AEr

SECVNDVM HVNC MODVM. Pria in duas. Primo facit quod dictum est. Scdo declarat quod dixerat: ibi 2ª. ET SICVT AQVA. Considerandu3 primo q̄ licet his uocabulis: pestilentia: epidimia: & undimia indifferenter utamur: tñ sub propriis significatis proprie sumendo dicitur pestilentia in aere quando eius mutatione fiunt egritudines uarie tamē in uariis: ut ī hoc febris continua in illo interpollata in isto de colera in illo de flegmate. / Dicit epidimia quando ex aeris mutatione fit in hominibus plurib9 determinatū gen9 morbi ut quasi oēs fiunt frenetici: aut pleuretici: aut tertianarii: aut aliter dicitur undimia ꝑm aliquos quādo fit mutatio in aqua: uel ex aqua & inde fiunt egritudines ex loco siue sit ex aere siue ex terra siue ex aqua: & ideo in quibusdam ciuitatib9 fiunt multi bocii: in quibusda3 multe passiones renales & sic de aliis multis & diuersis modis iueni mus usu3 borū uocabulorū: ut etia3 sumit ī cōmento primi epidimia4 Gal. & nos nō curamus de uocabulis. Considerandum 2° q̄ duos modos aeris pestilentialis tangit de quibus dixit supra libro primo fen. 2ª. ca° de mutationib9 aeris cōtra naturam: & intelliguntur a Galie. primo de feb. Vna est uehemens mutatio in qualibet: ut cum ualde calefit sicut circa canis ortum uel cum ualde infrigidatur: & hoc intellexit p hoc & ualde humectatur & exiccatur sed expressit de illis qualitatibus q̄ uehemēti9 ī mutant. Dixit etiam de mutatione aeris ad frigus: nō q̄ talis mutatio sit p se causa febris sed ut compleret scientiam de mala mutatiōe aeris per accidēs tamē frigiditas mordificatiua pōt causare putridā febrē. Alia mutatio aeris est quā uocat mutatōe3 in natura sua & supra libro primo fen. 2ª. uocat mutationem in substantia: & dicitur alteratio ī ꝓfundatiōe3. i. ꝑm ptes mīmas ꝓfundas: unde etiā ex hoc dicit profund9: sicut profundatur. i. permutatur aqua ad ꝓfundas partes & fetet & putrefit & ī hac aeris putrefactione maligna nō appet necessario aeris excessus in calore uel frigore: sed malicia uenenositatis siū uenenose putredis & hec uocatur proprie pestilentia aeris. Considerandum 3° q̄ Auic accepit aquam ꝑ exemplo: quia ē sensibilior q̄ sit aer: und antiqui aerem appellabant uacuū: ut 2° d aīa. ET SICVT. Quia dixerat q̄ aqua putrefit: ideo oñdit q̄ nō ꝓprie putrefit: & hoc est quod dicit nō putrefit ullo modo. s. putredine ꝓprie dicta que sit sibi forma: sed improprie putrefit quia miscent sibi uapores putridi: & ex hoc accidit toti aggregato ex aqua & aliis uaporib9 mala qualitas: na3 mala qualitas potest acquiri in aere & aqua que qualitas nō est formaliter putredo que insit aque uel aeri. Dubitatur quia dicit q̄ aqua nō putrefit. Contra quia Aꝛ. 4° metharoꝛ. uult q̄ omnia putrefiūt preter ignem. Amplius ꝓbleumatū. 2ç°. iq°. ꝓ bleumate. querit ꝓpter qd aer & aqua putrefiunt. Amplius diceret aliquis. ꝺñtia Auic. est uera. s. q̄ si aer & aqua est corpus simplex: ergo nō putrefit: sed ꝺns ē falsum quia aer & aqua que nos circūdant nō sunt corpora simplicia. imo composita: ut Auic. primo cañ. fen. 2ª ca° de īmutatiōe aeris. cōtra naturā. / Dicendū q̄ cū putrefactio sit passio mixti: ut intelligit. 4° methaurorū. ipsa nō debet corporibus simplicibus. s. elementis q̄ sunt corpora simplicia. s. in quātū sunt simplicia. elementū g° quod reperitur simplex sicut ignis nō putrefit. Et iam qa suus calor excessiu9 ✗ putrefactiōe ꝓhibet. Alia aūt elementa q̄ cōtingit impuriora reperiri quātum ad illas partes q̄ sunt nobis usuales putrefiūt preter ignē: & quia pars aeris coniuncta igni est plena igne ideo ꝑs illa etiā non putrefit: & ꝑm hoc dixit Aꝛ. probleumate predicto q̄ aqua & terra putrefit aer aūt non. / Et una de causis quam dat est q̄ aer est igne plenus sed sermo eius aliter potest intelligi de quo nō curam9 ad pñs. Ex quibus apparet q̄ quanto magis elementa tendunt ad naturā simplicis tāto magis longanť a putrefactione: g° cū Aui. dicit q̄ aer & aqua nō putrefiūt ullo modo. s. uera putredine ꝓpter suam simplicitatē potest eius sermo dupliciter intilligi: uno modo q̄ nō putrefiunt uera putredine ꝓp suā simplicitatē. i. qa tēdit mꝛtū ad naturā simplicis elemēti: unde licet sint cōpositа. s. aer & a q̄: tñ cū hac cōpōne mꝛtū sūt simplicib9 elemētis ꝓpinq̄ & sepata a nā mixtiōis mixtoru3 compositoru3: & ideo putrefactio

aque & aeris nō eſt uera putrefactio qualis eſt cadaueruꝫ: ſed eſt receptio putridoruꝫ in ſe ad partes ꝓfundas: & ſic ceſſat ꝓtradictio Auic. hic & ſupra libro primo ibi enī dixit ꝙ aer q nos circūdat & aqua maris & lacuū & ſimiliū unūquodq; eoꝝ ẽ corpꝰ cōpoſitū ex quattuor elementis quia non ſunt uere ſimplica ſꝫ aliquā habent cōpoſitionē. Cuꝫ autem hic dicit ꝙ aer & aqua nō putrefiūt ullo mō ꝓp ſimplicitatē & q̄ ſunt ſimplicia ītellexit: quia ualde ſunt ꝓpinqua nature ſimplicium elemētorū: & ideo nō putrefiūt uera putrefactiōe. Alio mō pōt ītelligi ut dicat aer & aq̄ ñ putrefiūt ullo mō ꝓp eoꝝ ſimplicitatē & qa ſūt ſimplicia: nā ſimplex nō putrefit: putrefiūt ergo quia ſunt compoſita: & talis compoſitio dicta eſt libro p° fen. 2ª. una quia ſimul cōponit & putrefit qa adminiſtrētur eis uapores mali zē. Hec expoſitio 2ª licet concordet illum textum clarius cuꝫ textu poſito in libro primo fen 2ª: nō tamen uadit ad intellectū Aui. ſicut prima expoſitio. ET Q VANDOQ VE Cuꝫ oſtendit modū quo putrefit aer & aq̄ quia eſt per admixtionē uaporuꝫ putridoꝝ modo in parte iſta oſtendit que ſint cauſe faciētes aerē peſtilentialeꝫ: & p° facit b°. 2° tangit diſpoſitiones quaſdam ſiue febres ſequentes aeris diſpoſitionem: ut oſtendat q̄ ex eis eſt diſpoſitio uel febris peſtilentialis. Tertio cōplet ſermonē in cauſis peſtilentie. ibi 2ª. ET FEBRIS. ibi 3ª. ET PRINCIPIVM. Quod primo dicit eſt dictū Galie. primo de differentiis febriū: & uult ꝙ putridi uapores ſurgunt qñq; a cadaueribus non ſepultis uel tumulatis. Et quādoq; ab aquis putridis: & iſta loca qñq; ſūt lōginq̄ quandoq; ſunt ꝓpinqua. Dicit ſecundo ꝙ quādoq; accidūt putredines ī īteriorib⁹ quia in uiſceribus & cauernis putridis profundis terre & iſte putredines corrūpūt aq̄s que inde effluunt & illarum uſus eſt cauſa putredinū prauarū & corrūpunt etiā aereꝫ ſi ergo conſideras putredines in nobis pñt fieri: non ſolum ab aere putrido: ſed etiā ab aqua putrida: & ſiſr a cibis putridis. Mortalitas eniꝫ corrūpit arbores & uegetabilia: & ideo boīes qui ea comedunt corrumpūt̄ ut ſupra libro primo fen. 2ª. Tñ dicamus ꝙ febres peſtilētiales fiunt ab aere putrido qa aer putridus magis nobis continuus eſt in impreſſiōe & ſtatiꝫ cor petit & pulmōeꝫ ut bene dixit yſaac febriuꝫ. 5°. Nos autem ſuper libro tegni diſputauim⁹ quod magis nos permutet an aer an cibus & potus.

Deinde dicit. PROPTER CAVSAS QVARVM EVENTVS IGNORAtur .i. ꝓpter cauſas uel aliquas conſtellationes reſpiciētes uiſcera terre cāntes ī eis has corruptiōes q̄ ſunt note aſtrologo P ignote me dico. VP dixit b° qa aliqñ ꝛcluſo aere cū uaporib⁹ ī ꝓfunditatib⁹ terre fiūt corruptiōes multe quarū cauſa nō plus eſt ſcita q̄ ſciaē quare boc mixtū ẽ uenenoſuꝫ ut napellus: & boc fit a puteis quibuſdaꝫ longo tēpore coopertis apertione facta: qñq; exit eaꝫ putrid⁹ aer uel uapor: ut ſtatiꝫ occideret potātes & cici⁹ quocūq; ueneno. ET FEBRES. Ex dictis Aui. uult ꝙ febres peſtilētie uere non ſunt ille que fiunt ex aere ſicco: aer. n. ſiccus facit febres colericas ꝓprie ſiccas cuꝫ calore & iſte febres indiſponūt corpus ne accendatur colera ex illarū acuitate: ſed febris uere peſtilentialis eſt illa que fit ex aere turbido ꝓpter calorē putredinaleꝫ coniunctuꝫ humido: quia humidatas ẽ ꝓprie. materia putredinis: quicūq; ergo humoruꝫ putrefit ſiue colera ſiue flegma ſiut melancolia uel ſanguis dummodo eius putredo ſequatur putredinē aeris debet dici febris ex illo humore peſtilentialis febris: ſed ſi putrefieret colera ex incendio aeris: quia ſit calidus & ſiccus debet dici febris illa colerica: & non ꝓprie peſtilētialis. ET FEBRIS IN AERE HVMIDO. Cā pluris euentus & longitudinis ẽ multiplicatio materieꝫ ex humido multo. Cauſa autē minoris acuitatis eſt repreſſio acuitatis caloris ab humido: & ideo conſtitutio ſicca eſt cauſa contrariorū. Nos autem iſta diſcuſſimus tertia particula amphoriſmoꝝ ſuper illo ampho. EGRITVDINIBVS IN PLVVIALIBVS TEMPORIBVS: ET MELIORA TEMPORA. Contra quia autumpnus ſiccus eſt peior: & qui eſt magis pluuioſus & humid⁹ eſt melior: ut primo libro fen. ſecunda.

Quidam dixerunt ꝙ autumpnus in ſe cōſideratus eſt melior quando ſuaꝫ ſituationē ſeruat: & conuenit magis corporibus ſed conſiderata ratione diſpoſitionis precedentis

ex estate ẽ melior si ẽ humidus. Alii dicũt q autũpnus humid⁹ est melior sicco tamẽ seruãs suaz naturã est melior sicco & hũido & hec oĩa sunt discussa ibidem. ET PRINCIPIVM. Hic complet has causas. Cosiderandũ principiũ omniũ horũ potest ītelligi horũ.s.cadauerũ occisorũ in preliis: quia ordinatiões hominũ ad hec prelia sunt ex alia qua constellatione. Et siliter hoz.s.uallium ꝑfundarũ & corruptionũ aquarum in illis ET HORVM.s. corruptionuz in uiscerib⁹ terre. Omnia eniz ista habent determīatas significatiões ī celo: & hoc apud astrologos q omnes effectus in superioz motũ reducũt De quibus fuit Arebael Rachel. In sũma ergo exponitur principiũ hoz omnium.s. accidentiũ ex quibus fit aer pestilentialis. Aliter potest exponi principiũ hoz omniũ .i.principiũ putredinũ in aere & mortalitates sunt forme zc̃.i.determīate cõstellatiões sicut est cõiuctio saturni & martis: cuius euentus ignoratur.s.a medicis: scitur autez ab astrologis. LICET SINT QVIDAM HOMINVM. Forsan q Aui.loquit cõtra quosdam auctores imaginũ qui credunt q possit componi imago destructiua hominũ unius ciuitatis uel castri uel prouincie.
Considerandum q aspectui determinato respondet determinata configuratio quoniaz ꝑm plagas siue loca sic accidit mortalitas ī uno climate & non in alio: qñq ꝑm species animaliũ: unde moriuntur aliquãdo boies aliquãdo boues: aliqñ pulli: & sic de aliis. Quãdoq ẽ ꝑm determinatos mõs hominũ in complexione & aliis & hec possunt intelligi ab Auenzoar in teisir 3°. ET QVANDOQVE FACIVNT. Hec ẽ generalis inuestigatio causarũ celestium & terrestriũ quia quãdo figure celestes agentes & dispositiones terrestres respiciẽtes faciũt humectationez multã in aere tunc multiplicant̃ putridi uapores in aere: & putrefaciũt aerẽ cũ debili qualitate caliditatis: quia hec est dispositio aeris pestilẽtialis q eius sit caliditas obtusa: si enī esset ualde fortis caliditas tũc cessaret ꝑpter illã putrefactiõez & humectationez. ET QVANDO FIT AER. Hic ostendit primo quomodo aer pestilentialis facit febrẽ pestilentialẽ. 2° declarat q̃daz ibi 2ª. AGENS ENIM. Dubitatur utrũ febris pestilentie sit putrida. Videt q non īmo effimera: quia primum nocumentum ei⁹ uidetur esse in spiritu: unde dicit corrũpit complexionez spiritus. Videt q ethica quia Rasis curat illam illa cura. Dicenduz q febris pestilentialis ẽ febris putrida qd̃ apparet ꝑ Aui. hic cum dicit putrefieri qd̃ circũdat ipsuz.s.corp⁹: uel spirituz.i. humiditates cordis. Idez dicit Gal.p° de drñtiis febriuz: cum dicit. Quia uero pestilẽtiosaz meminim⁹ febriũ a putredine oĩuz fientiũ ꝑbatur rõne qa actio ꝓpria aeris putridi cum attingit in cor est putrefacere: ergo resultabit ex hoc putrida febris. Tñ sciendũ q hec febris differt a putrida febre siue a putridis febribus cõiter euenientibus que nõ sunt pestilentiales. Primo quia ī pestilentiali febre putredo est maxime circa cor. In aliis aũt febribus nõ ẽ hoc necessariuz. Secundo quia hec febris habet determīatã causaz putredinis.s.aerez pestilentialẽ: & qa aer ꝓprie dictus pestilentialis ẽ malignus quasi uenenosus: iõ hec febris ẽ de maligna & uenenosa putrefactione. Ad contrariũ dicendum q illud nocumentum in spiritu non facit istam febrem esse effimeraz īmo putridaz determinati modi: aer eniz putridus primo miscet̃ spiritibus & illos primo incipit corrumpere & corrumpẽdo illos putrefacit humores cordis. Sed dubitatur naz ponamus q prius tempore aliquis corrũpatur in spiritibus ab aere putrido añq̃ putrefiãt humores cordis quero que febris sit illa. Dicendũ primo q nõ erit febris sed poterit esse sincopis: uel alius defectus cordis ꝓpter illam corruptionez spiritus.
Vel dicendũ q si illa alteratio est ad caliditatẽ preter naturaz in corde: & deinde expanditur quod erit febris reducibilis ad effimeram: uel ad putridam. Ista autẽ sunt scita ex questionibus nostris generalib⁹ sup libro de differentiis febriuz. Ad Rasim dicendum q febris pestilentialis curat̃ medicinis ethice quãtuz ad infrigidationem.
Dubitatur utrũ febris pestilentialis possit repiri in uno solo homine aliis boĩb⁹ illius ciuitatis non hñtib⁹ illam. Videt q nõ ꝑ Auic.cuz dicit: cõmunicat multitudini hominũ. Et idez uult Aꝛ.ꝓbleumate primo & .8°.ꝓbleumate. In contrariuz est quod

experientia aliquãdo ĩuenim⁹. In hac qõne diximus & litigauim⁹ Dynus & ego una uice in ciuitate Senarũ: dicebaꝫ enĩ unum febrientẽ habere febrem peſtilentialẽ & tñ nullus erat ſenis qui febriꝫ ſimili febre: & hoc non concedebat dynus. Dicam⁹ ergo ꝙ in uno ſolo hoĩe põt accidere febris ſiḿis febri peſtilentiali in putredine & prauitate: licet nõ ſit uere peſtilentialis ab aere. ſ. peſtilentiali cãta. qa nõ eſt impoſſibile ĩ aliquo homĩe putrefieri circa partes cordis hũores & ſi uenenoſos preter hoc ꝙ fiat ab aere: & illa eſt febris ſimilis febri peſtilentiali.

¶ Sc̃do põt fieri peſtilẽtialis uera: pono caſuꝫ ꝙ in una domo ſit unum cadauer fetidiſſimuꝫ & unus ſolus hõ includatur & febriat ex illorum uaporuꝫ putridoꝝ inſpiratione manifeſtũ eſt ꝙ iſta febris erit uere peſtilentialis. Iſte enim nõ aliter febriꝫ q̃ ſi eſſent ibi mille cadauera & ĩfeciſſent unã regiõeꝫ nec aſſociari multis in hac febre facit illam plus eſſe peſtilentialẽ q̃ ſit ſicut uno homĩe exiſtente albiſſimo nõ plus eſt albus ſi decẽ milia fiant cum eo albi. ¶ Ad auctoritatem dicenduꝫ ꝙ peſtilentialis febris: ut plurimũ coĩcat mꝫtitudini hominũ: qa ut plurimũ fit a cauſis coĩbus celeſtibus uꝫ terreſtrib⁹.

AGENS ENIM. ¶ Primo declarat quare dixit qui habent preparationis ꝓprietateꝫ. ¶ 2° declarat que ſunt iſte preparationes & corpora p̃parata. ibi 2ª. ET PREPARATIO. De prima parte dixim⁹ ſupra ſen. 2ª primi. eſt eniꝫ ꝓpoſitio phiſica & nõ hic diſcutienda: ꝙ corpora multe balneatiõis ſunt preparata non habet dubiuꝫ. ¶ Sed habet dubiuꝫ an corpora dilatatoꝝ pororuꝫ ſint magis apta incurrere febreꝫ peſtilentialeꝫ. Videtur ꝙ nõ primo de drñtiis febriũ illo ca°. CALIDIORES ꝛc̃. In contrariũ ẽ aui. Quidã ſoluũt cõtradictionẽ & dicũt ꝙ lĩra dicit dilatatorũ & non dilatatoꝝ pororum intelligit ergo corpa dilatatorũ illa q̃ ſunt multi cibi & potus que ex hoc ſunt multũ repleta. Nos aũt multas dedimus ſolutiões in hoc: ſed meliores ex eis ſunt ille. Prima ꝙ febrẽ peſtilẽtialeꝫ hoĩes poſſunt ĩcurrere dupliciter: uꝫ ex uiolentia aeris maligni: & hanc magis incurrerũt q maiorẽ q̃titatem attrabunt illius aeris: & ſunt corpora rara: uaporẽ attrabentia: raritas ergo ẽ accidens iuuãs ad euentuꝫ peſtilentie: mõ dico & ſic Aui. loquiť. Alio nõ poſſunt illã incurrere ex putrefactione inchoãte a cã ĩtrinſeca circũſcripta impreſſione aeris: ſed aer ẽ ad hoc adiuuãs: & hoc modo magis incurrerũt febrẽ peſtilẽtialẽ corpora opilata in poris: qa ex hoc ꝓhibetur tranſpiratio & ꝓhibita trãſpiratio ẽ cauſa putredinis. ¶ Secũda ſolutio ẽ ꝙ raritas poroꝝ eſt duplex. Vna naturalis ſicut uiri ſunt rari & poroſi cui opponiť denſitas naturalis & poroꝝ paucitas ſicut mulieres ſuut rare: & ꝑm hoc corpora rara lata & apta ĩ uiis plus egrotãt ĩ prauis peſtilentiis q̃ corpora denſa paucoꝝ pororũ ſtricta in uiis. Ratio ẽ quia corpora rara pl⁹ trahunt de maligno aere: & nos ꝑ experientiaꝫ uidim⁹ in prauis peſtilentiis: pl⁹ mori iuuenes robuſtos q̃ mulieres & q̃ uetulas: ſicut uiſuꝫ fuit ĩ praua peſtilẽtia q̃ ꝓceſſit iaꝫ ſunt tres anni. ¶ Alia ẽ raritas accñtalis & uoco raritatẽ accñtaleꝫ illã q̃ excludit uꝫ opponitur opilationi ſiue clauſioni pororũ & uiarum a cauſa accidentali: uerbi gratia a materiebus malis & talia corpora que hac denſitate ſunt ſtricta uel denſa ſunt que ſũt parata putredini & cadere in febrẽ peſtilentialeꝫ: & corpora eis oppoſita q̃ ſunt munda a ſuperfluitatibus opilãtibus uias ſunt in diſpoſita ad febrem putridam: & ſic loquiť ga⁹. primo de differentiis febrium: ſz p̃mo modo loquiť Auic.

Signa.

HEC FEBRIS. Hic ponit ſigna peſtilentialis febris. ¶ Secũdo ponit ſigna peſtilentie aeris. ibi 2ª. DE ILLIS. Prima habet tot partes quot ponit ſigna: & ultra ponit determinatos mõs febris peſtilẽtialis.

QVIETA EXTERIVS. i. non apparet calor extenſiuus in extremitatibus. Primo quia calor cum fiat intus ꝓpter nocumẽtũ magnum circa cor: unde conturbat intus. 2° quia gradus caloris in hac ꝓfebre non eſt multuꝫ eleuatus: ſicut nec in aere putrido.

SECVNDVM PLVRIMVM PERDens Id eſt occidens propter cordis magnũ nocumentuꝫ ex qua percipitur caliditas: & pro .i. inflammatio fortis. Contra quia iam dictum eſt ꝙ hec febris non eſt eleuata in gradu caloris: quõ ergo ꝓcipiť ĩflãmatio.

Dicenduꝫ ꝙ nõ est hoc ꝓpter calorẽ gradu aliter intensuꝫ necessariũ sed ꝑꝑ multos uapores malignos putridos ꝯstrictos circa cor & pulmonẽ: magnitudo hanelitus propter flãmã circa cor: uel magnitudo supra quantitatẽ ad multitudinẽ uaporũ multoruꝫ q̃ ꝓprie magnitudo nõ est exaltatio. i. in altũ eleuatio ꝑꝑ cãꝫ dictã. CONSTRINGVNTVR MVLTVM. Quia est maior necessitas expulsiõis uapoꝝ putridoꝝ q̃ remissio caloris: lꝫ sit coẽ hoc oĩbus putridis: tñ plꝰ est in pestilentialibꝰ. ¶ COARTANTVR. uꝑ curtant̃ defectu ꝟtutis: & ex hoc frequẽtat̃ & ꝑm hoc: uel sufficit magnitudo hanelitus: uel nõ ẽ uera magnitudo unde fit frequens. VEHEMENTIA SITIS zc̃. ꝑꝑ uapores putridos q multiplicati ĩ spũalibꝰ coĩtate inflãmant os stomachi ex qbꝰ etiaꝫ põt fieri dolor. ¶ ET SI NON RESISTITVR. Hoc appebit in cura. MAGNITVDO SPLENIS. Crederez priorẽ cãꝫ eẽ qa defectu caloris naturalis malicia splenis uẽtosatur & emittit uapores grossos qui ibi retinent̃ & inflãmãt. ANGVSTIA. ꝓpter nocumẽtũ ĩ interioribꝰ. TVSSIS SICCA ꝓpter uapores putridos qui nocent cannali pulmonis dixit. FORTASSE. Quia nõ ĩ quocũq; hoc nocumentũ excitat ad tussim CASVS VIRTVTIS. Hic sumit̃ ꝓ dispositione infra sincopim & põt etiã fieri sincopis & hoc ꝓpter nocumẽtũ in corde. COMMIXTIONEM. ꝓpter uapores ad caput euntes tendit̃: qa defectu naturalis caloris fit uentositũ multiplicatio & eaꝝ retentio. VIGILIE. s. ꝑꝑ malos uapores q ascendũt. MOLLIFICATIO. qa modꝰ paralesis mẽbrorũ ut non possit illa mouere: accidit ãt ꝓpter defectũ aĩalis uirtutis. TEPOR. Id ẽ caliditas tepida. Lr̃a tñ Gerardi hꝫ. EST DEBILITAS. In q̃ stat hõ ita ut non loq̃t̃ nec bene sentiat ꝑꝑ defectũ aĩalis uirtutis. ET Q VANDOQ VE ACCIDIT BOTOR SVBALBIDA. i. cinericia uꝑ rubea ex materia hñte abedinẽ: uel rubedineꝫ uelocis occultationis: qa defectu caloris materie pallent & delitescunt. COLLA. i. ulcera oris: uel pustule corruptis uaporibꝰ tãgentibus partes oris uel ulcera. scꝫ in aliis partibus coporis. Videmꝰ enĩ in febribꝰ pestilentialibus frequẽter ulcera praua appere.

PVLSVS FREQVENS PARVVS. Defectu uirtutis fit uehemens. s. hec febris: uꝑ hec frequentia pulsus in nocte: qa intus cõcludit̃ calor. Et qñq; accidit dispositio sicꝫ ydropisis: uel quia modus cacesie uel cõclusio uapoꝝ est sub cute: uꝑ inflãmatio uẽtris ut sicut timpanicꝰ. FLVXVS COLERE ET ALIORVM. Hic soluit̃ dubitatio: an febris pestilentialis sit de uno humore ¶ Dicendũ ꝙ ut plurimũ est de diuersis hũoribus: qa diuersi. i. plures hũores putrefiũt ꝓpter maliciã putridi aeris & defectũ ꝟtutis: ꝑncipaliter tñ est de putredine sanguĩs circa cor: qa humor qui repit̃ circa cor ut plurimũ ẽ sanguis. Illo aũt putrescente contingit & in aliis partibus putrefieri alios diuersos & uarios hũores cũ non possint regulari a uirtute: iõ accidit fluxus uentris diuersorum humoꝝ: & hoc ẽ quod dixit colere & alioꝝ. s. hũoꝝ: tñ ꝑm diuersitates corporuꝫ pestilentialiũ ĩ materia: ut in quodã hoĩe feb. hec fit de mã coꝑica ꝑ cũ mã coꝑica plurimũ. In alio ãt flegmaca: & sic de aliis. EGESTIO LEVIS. i. liquida: qñq; ꝓpter indigestionẽ: uel eliq̃tioneꝫ. VEL LEVIS. Id ẽ equalis eq̃litate mali exeũtis q̃ eq̃litas significat dominiũ innaturalis calidi: unde uitupat̃ talis debilitas a Gaꝑ. ꝓnosticorum 2°. 21. cõmẽto. Et Auic. primo cañ. fen. 2ª ca° de fetida egestione ꝓpter maliciã putredinis. Fetor enĩ significat putredinẽ: ut intelligitur primo ꝓnosticoꝝ ultimo cõmento. NON NATVRALIS. i. nõ digesta q̃si dicat non est. LEVIS. ꝓpeer digestionẽ: uꝑ nõ naturalis. s. in calore uel in substãtia nec ĩ aliis. ET Q VANDOQ VE EST MELANCOLICA. Aliqñ Aui. ꝑ egestiõeꝫ melancolicã intendit egestionẽ fecalẽ. i. grossaꝫ quã distĩguit ꝯtra subtileꝫ uirulentã & taꝑ grossa potest apparere in febre pestilẽtiali: quia materie possunt uenire ad grossicieꝫ ꝓpter resolutioneꝫ presenteꝫ & ꝑ añcessiõeꝫ exitus aquosi uirulenti. Alqiuando ꝑ egestionem melancolicam intelligit sicut sonat uocabuluꝫ. i. nigram ꝑm suas species: & hꝰ etiaꝫ fieri potest in pestilentiali febre: & hoc uel quia prius latitabant hee materie: uel quia malicia febris sunt cõparsi humores ad naturam melancolicaꝫ. SPVMOSVM.

Propter ebulitionem uel uentositates

motas que nō reſoluunt. FETIDVM. Et ē in ea: qa calor intus ɔcluſus pōt liq̄facere pinguedinez: uñ appebit in egeſtione aliqd unctuoſitatis. VRINA AQVOSA. Conſiderandū q̄ ſicut ē multa diuerſitas ī feb. peſtilentialib⁹ quantū ad materiā & ad diſpoſitiones alias: ſic pōt eſſe multa urinarum diuerſitas: aquoſa ē quādoq̄ defectu caloris in ſe q̄nq̄ cruditate materie colerice & q̄nq̄ accidit cū febre hac eſſe colere putredinē & inflāmationez. MELANCOLIA ERIT. Aut dñante. ſ. melancolia: aut uidet melancolia urina ſubtilis liqda q̄ pōt fieri ꝓpter caloris extinctionē. ET MVLTOTIENS EVOMVNT MELANCOLIAM ET COLERAM POST ILLAM. Dixit Dy. q̄ p colerā intelligit nigrā: ut ſen. 2ª. unde prius expellebat melancolia min⁹ maligna poſtea magis maligna. Sed nos dicam⁹ q̄ ī hac febre corrūpunt & cōmouent būidita tes diuerſe: & ſi uirtus poteſt illas regulare expellet colera primo: melancolia uero poſt illā: ſz ſi uirtus deficit non ſeruat ordo euacuationis: & iō primo quādoq̄ euomūt melancoliā: ut ɔtingit illā ineptā fieri: coleraz uero rubeā p⁹ illā. SVDANT SVDORE FETIDO. i. quicqd exit ex eis ē fetidū. ut q° tractatu Almāſoris cui⁹ cauſa ē iā dicta. VEL SVDORE FRIGIDO i. ſincopali. ET HEC Q VIDEM FEBRIS. Hic poīt quoſdaz modos determinatos peſtilentialis febris. Et ponit duos modos. Vn⁹ eſt q̄ aliqñ hec febris a prin° eſt ualde fortis: & iō incipit cuz predictis accñtibus prauis & tandē euenit res ei⁹. ſ. infirmi ad ſincopiz & accñtia mortalia. Conſiderandū q̄ līa pōt hre duplicē intellectū. Vnū generalē & ē q̄ febris peſtilentialis cū ut plurimuz ſit mortalis incipit cū accidētib⁹ predictis mortalibus prauis ſiue intenſis: & hoc ē q̄ dicit cuz fortitudie ſua ita q̄ h° ſit coē oī peſtilētiali ſiue pluribus incipe cū accñtib⁹ fortibus & uenire ad accidentia mortalia: ut plurimuz Alius ē intellectus ſpālis: & ē q̄ qñ febris iſta incipit cū ſua fortitudine tunc incipit eū ſuis accñtibus prauis: & tunc ꝑmutatur ad ſincopim zc̄. g° ꝑ h° Aui. īnuit q̄ aliqñ peſtilentialis febris eſt cum fortitudine & eum accidentibus prauis. Aliquando eſt a principio occulta cū ſuis accidentib⁹: ergo hoc quod dicit. NEC FEBRIS INCIPIT zc̄. CVM FORTITVDINE. i. qñ ē fortis ſpaſmū P alguzen. i. tetanū: & fit ex groſſis uētoſitatib⁹ incluſis defectu caloris naturalis: & talis ē mortalis: ut 3° cañ. ſen. 2ª imaginari aūt ſpaſmū & tetanuz poſſe fieri per uiā exiccationis: aut repletionis ī febribus peſtilentialib⁹ nō ē difficile. ET Q VANDOQ VE. Hic ē ali⁹ modus febris peſtilētialis. Dubitat q̄a iam dixit q̄ in hac febre peſtilentiali ꝓcipit caliditas fortis & inflāmatio. Hic aūt cōtrariū dicit. Secūdo dubitat qa dicit q̄ pulſus ñ alterat magna alteratione. Cōtra quia febris hec fit ex putrefactiōe humiditatū circa uentriculos cordis: ergo maxime oz pulſuz ꝑmutari. Amplius hec febris de qua loquitur hic eſt interficiens uelociter: ergo ī corde ē magna ꝑmutatio & per ɔſequens in pulſu ē magna alteratio. Tertio dubitat qa dicit q̄ urina nō ꝑmutatur alteratione magna: & idez ſentit ſen. 2ª huius ca° de iudiciis urine. Contra iſta urina habebit digeſtionem: ſed digeſtio oſtendit uelocitatē criſis & fiduciā ſanitatis: ut primo de criſi. Et in multis locis Gal. clamat. Amplius defectu caloris exiſtente in corde oz q̄ ſit in epate: epar enim digerit uirtute cordis: & ē ſicut uicarius ei⁹ in hoc: ut ſentit Auer. 2° colligz. Aut nō digerit niſi habeat auxiliuz caloris uitalis ut etiam medici ſentiunt: quō ergo ſpū cordis tantuz malignato ut cito mors eueīat pōt eſſe urina laudabilis. Dicenduz primo q̄ hec febris ē peſtilentialis quedam. Vnde non ſunt accñtia predicta coīa oī febri peſtilentiali quod Auic. bñ īnuit qñ dixit: q̄nq̄ eſt de bis febribus. Licet ergo in multis peſtilētialib⁹ intus ſentiat caliditas & inflāmatio: ī aliqua tamen nō percipitur intus multitudo caloris: & h° erit quādo accidit putredinem humoꝝ eſſe ſimilez putredini aeris. Aer eniz peſtilentialis hz malignitatē & non habet exceſſum magnū in gradu caloris: cum ergo cōſimilis putredo ſit ī nobis tunc eſt febris putrida maligna ex materie uenoſitate nō tamē ſentiet multa caliditas: & hec eſt febris maligna lenta de qua loqt̄ Gal. 3° de criſi. Ad 2ᵐ dubiū dicendum de pulſu primo ut coīter dicunt q̄ pulſus nō alteratur magna alteratione quantū ad

differẽtias pulſus q̃ ſequũtur exceſſuz cali
ditatis: & iõ nõ fit magn⁹ uelox & frequẽs
.ſ.frequẽtia ſequẽte exceſſuz caloris: ſed alte
ratur magna alteratiõe quãtuz ad differen
tias pulſus q̃ ſequũt defectũ uirtutis: & iõ
pulſus erit debilis & inordinat⁹: & ſi eſt fre
quẽs ẽ quia paruus: nec tamẽ ei⁹ frequẽtia
erit tanta quãta erit cuz maiori gradu calo
ris febrilis. Dynus uero preter hãc ſolutõez
dat aliam: & eſt q̃ in aliqua febre peſtilenti
ali nõ alterat̃ pulſus a calore magno: & tñ
uelociter interficit: & ꝓbat primo qa ſicut
poſſibile eſt q̃ in corpore non impedito in
opationibus apparet & fit pulſus multe di
uerſitatis ita q̃ de ſe ſignificat mortez q̃ lis
fuit pulſus illi⁹ medici de quo recitat Gal.
q°. de interioribus circa finẽ: ſic ẽ poſſibile
q̃ in corpore egrotante egritudine mortali
appareat pulſus qui nõ eſt multe diuerſita
tis qui quãtuz ẽ de ſe mortẽ nõ ſignificat.
Secũdo Dynus. dat moduz huius poſſibili
tatis: naz pulſus nõ alterat alteratõe multa
niſi quãdo uirtus eſt uehementer oppreſſa
ſed nõ eſt uehementer oppreſſa niſi quãdo
eſt eucraſia q̃ eſt in ſubſtantia eius. ſ. ĩ corde
eſt uehementer ꝑmutata: hec aũt eucraſia ñ
uehementer ꝑmutat̃ in talibus febrib⁹ qa
caliditas accenſa ĩ humore non eſt fortis: &
ꝑpterea nõ uehementer ꝑmutatur pulſus:
quia tñ materia nõ põt ꝑmutari: & digeri
a natura & uinci ab ea. Idcirco accidit q̃
eger moritur: accidit autez maxime hoc in
febre peſtilentiali: quia in ipſa licet caliditas
putredinalis ſit debilis: ẽ tamẽ peſſime ma
teriei: quia nõ ſic cõtingit ĩ aliis febrib⁹: &
ꝑpterea ĩ ipſa non apparente magna altera
tione in pulſu eger moriť. quod nõ ſic con
tingit in aliis febribus. Dicit tamẽ Dyn⁹.
hic ẽ attendenduz q̃ lz nõ appareat magna
alteratio in pulſu: tñ in ꝓceſſu qñ incipit
uirtus ſuperari manifeſte neceſſe eſt q̃ ap
pareat magna alteratio ĩ pulſu & diuerſio
eius a diſpoſitiõe naturali nõ apparet in fe
bribus peſtilentialib⁹: ſicut apparent mala
ſigna q̃ antecedũt in aliis febribus peſtilen
tialibus pluſq̃ ĩ aliis febribus. Sed qa hane
litus ĩmediate ſignificat de diſpõne cõtẽta
in corde pluſq̃ pulſus. Idcirco Auic. ad rec
tificatiõem huius ambiguitatis cadentis in
pulſu docet recurrere ad hanelitũ: qa ſi fetz
morietur. hec ſunt dicta Dyni. ¶ Contra
primũ dictũ arguitur. primo qa medicus
iſte famoſus recitatus. q° de ĩterioribus. ha
buit pulſum prauũ & mortuus ẽ: & ſic for
ma argumẽti Dyni. nõ eſt cõueniẽs: debet
enĩ dicere aliqs habẽs prauũ pulſuz euadit:
g° aliqs habens bonũ pulſuz poterit mori:
ſed ꝑmũ nõ fuit ĩ illo medico. ĩmo mortu⁹
fuit licet tarde. Sed Dynus. põt ſic argueť
cũ prauiſſimo pulſu ſtat uita tẽpore lõgo:
g° cũ optimo pulſu poteſt ſequela eſſe cite
mortis: & tũc dicerem⁹ q̃ nõ eẽt uera ꝺñtia
nam cum aliqua malicia egritudinis homo
põt uiuere: ſed q̃ egritudo ſit bona: & cito
occidat uidetur impoſſibile. Poteſt ẽt ratio
Dyni. aꝑr & ſic formari prauiſſimo exñte
pulſu poteſt cito ſequi ſalus: igitur optimo
pulſu exñte põt cito ſequi mors: ꝺñtia uide
tur nota: añs eſt Auic. 2ª fen. cum clamoſe
dicit: o quãta ſigna timoroſa uidimus zẽ.
Hec ratio nõ cõcludit: nam añs eſt uerũ: ſz
ꝺñtia nõ ualet: nam poſſe habere caſuz pul
ſus eſt poſſibile ex pugna cretica in qua na
tura eſt dominatrix. lz ĩ actu pugne tereať
ſed poſſe habere bonũ pulſuz ĩ egritudine
cordis non põt eſſe niſi ex debilitate egritu
dinis: ſed q̃ egritudo debilis ſubito & uelo
citer occidat. uidetur incõueniens. Contra
ſm dictũ Dyni. quo conatur dare modum
miranduz ẽ q̃ eucraſia cordis nõ ſit multũ
ꝑmutata ĩ febre peſtilentiali: nã ꝑmutatio
ꝑportiõis uel ꝑprietatis maior: & prauior
eſt & magis permutans actu uirtutũ q̃ per
mutatio gradus qualitatis: cuius ſignũ eſt
q̃ uenena opantia a forma ſpecifica prauio
ra & peiora accidẽtia in ducũt q̃ operantia
a qualitate: ut ĩtelligiť fen. 7ª huius. Et rõ
eſt quia complexio plus ẽ inſtrumentuz aĩe
per hoc q̃ eſt ꝓportionata ſiue ꝑprietatem
habens q̃ ꝑ temperantiã quã põt habere in
gradu abſolute. Et forſan q̃ Dynus habuit
bonũ ĩtellectũ: tamẽ male ſciuit ſe explicaŕ.
¶ Ad tertiũ queſitũ de urina dicit Dynus.
q̃ urina eſt ſuperfluitas epatis & uenarum
mediante uirtute alteratiua que ꝑcedit in
ipſas uenas ab epate. In febre aũt peſtilẽtiali
nõ principaliter nocumentũ fit circa epar:
ſed circa partem cordis: & ideo ſuperfluitas
que ab epate deciditur nõ alterať alteratõe
magna: unde urina ĩ talibus febribus non

eſt ꝑpriũ ſignuz. īmo põt eſſe naturalis in colore & ſubſtãtia & ſedimīe: & ille cuiꝰ eſt tendit ad mortẽ: ut ſen. 2ª huius: ſicut hoc uidimus etiã ī egritudinibus aliis mortali bus & in ptiſi ī qua urina nõ eſt multuz ꝑ mutata a naturali: & tñ infirmꝰ tendit ad mortẽ. Quando gº materia mala nõ eſt in locis urine. ſed eſt uerbi gratia. circa pectus põt urina eẽ bona & egritudo mortalis: & hoc etiã dicit Dynus. qª ſen. caº de floboto mia Thadeus uero ſup illo ampho. qᵉ par ticule. QVIBVS IN SEPTEM TERMI NATVR zẽ. dat cauſam huiꝰ: quia febris peſtilentialis ītерficit ꝓp nocumentũ quod accidit uirtuti uitali. Sz digõ fit ꝑ uirtutẽ naturalẽ: ſed poſſibile ẽ uirtutẽ naturalem facere opatiõez ſuã uirtute uitali tendente ad deſtructionẽ: ut dicit Auic. primo cañ. caº de uirtute uitali. Huic ẽt ſnĩe aſſentit Anthonius de parma. ſup illo caº. Cõmen tator. uero differentia. 95ª. ī fine conat dar tãm quare in febre peſtilentiali põt eẽ pul ſus bonus & bona urina & infirmus tendit ad mortẽ: & dicit q ꝑpriũ febribus peſtilẽ tialibus pre aliis febribus ẽ q ipſe uehemẽ ter inherent cordi: ut nocumentũ eius ſuſ cipiatur in corde nõ ſic in epate: & in aliis: unde uirtus naturalis ꝑterrita ī nullo attẽ tatur ſurgere cõtra morbũ: ſed uertit ſe ut corpus gubernet ſicut in ſanitate: & iõ pul ſus apparet bonus & urina bona: & ꝓp hoc urina ſicut ī ſanitate in morbo diuturno ꝑ manens iudicat mortalis: quia ſignificat q natura nullo mõ attẽtat ſurgere cõtra mor bũ. Hec dicta cõmentatoris. ſunt rethorica. Quomõ eniz uirtꝰ cordis ẽ territa a forma q̃ eſt forma naturaliter agẽs. ſ. febris: niſi ꝑ multã ꝑmutatõez ī ſubſtãtia & ſpũ cordis ſed tãta ꝑmutatiõe exñte nõ ſe uerteret ad regimẽ corporis. īmo rector ẽ morbus. Nos aũt in hac materia ponemus. primo caſum quẽ uidimus. Vir fuit qdaz noĩe Gaſalus. qui in prinº peſtilentie incepit lente febrir ut ī prinº iudicarem⁹ effimerã ex triſtitia que ei erat cauſa manifeſta: poſtea diximus eſſe benignã putridam: pulſus aũt & urina laudabilia erãt & nũq̃ accubuit lectum niſi horis qbus cõſueuerat ſanus & liguã bonã habebat & calorẽ faciei habebat bonũ & cõ uenienter qeſcebat in nocte. in ſeptima die ereptus ẽ ſudore frigido ī capite & collo & ſubito mortuus eſt: & nos medici baſitaui mus: unde hoc potuerit eẽ: & illo menſe de tecta ẽ peſtilentia & īuaſit multitudinẽ ho minũ incredibilem. oz gº inueſtigare. quõ febris occidit ſubito apparẽtibus ſignis bo nis: & qd dictũ eſt ſupra de bonitate urine q materia ẽ circa ſpiritualia & ñ circa epar: eſt dictũ quod põt tollerari: tñ habet diffi cultates exquirẽdas ī ſcĩa principioꝝ. ꝑmo quõ cũ malignitate ſpũs cordis poteſt ſtare bona dipõ ſpũs epatis cũ ſpũs cordis ſit illi ſicut paſſio & forma. Amplius quomõ corruptis morbus ī corde ſaluat materieꝝ bonitas in epate: & oportet neceſſario tenẽr q diſpõ ſpirituũ & humiditatuz cordis ha beat ſuã latitudinẽ aliã a latitudie diſpõnũ humiditatũ epatis: & licet non poſſit exire diſpõnũ cordis latitudo quin ſequat mors & deſtructio epatis: poteſt tñ fieri mutatio multa ītra illã latitudinẽ: & tñ nõ fiet mu tatio multa ītra latitudinẽ diſpõnũ epatis: & tu cõſidera. Alius modus dicendi quez alias poſuimus: eſt q forma uenenoſitatis poteſt aſſimilari formis q̃ inducunt ī fine alterationis ita q aliqñ hoc contingat poſſi bile ẽ ergo q aer peſtilentialis aliqñ īcipiat īducere calorẽ & uenenoſitatẽ in materiam cordis quã putrefacit: & tũc hec febris peſti lentialis incipit cũ prauitate & uehementia accidentiũ: ut dicit Auic. Aliqñ ãt cõtigeꝛ poteſt ex natura recipiẽtis q īcipit īducere aliquẽ calorẽ accidẽtalem remiſſum: unde homolente febrit: nondũ tñ ille calor fit ue nenoſus: & toto tẽpore quo ille calor habit⁹ non ẽ uenenoſus febriẽs habz pulſuz bonũ & urinã bonã. Vltimo aũt. i. precedente hac alteratione ī aliqua mẽſura nobis ignota ī ducitur uenenoſitas. i. calor uenenoſus ſiue inducat ī tẽpore ſiue in ſtanti non curam⁹: & tũc occidit. Preter hũc aũt modũ ẽ alius modus generalis qui īcludit iſtũ cũ conſidera bis: & eſt q manifeſtũ ẽ ꝑ ſe q qñ homo fe brit cum bono pulſu & bona urina īpoſſi bile eſt q ex illa febre ſtante diſpoſitiõe illa moriatur. Si igitur poſt bonuz pulſum & urinam moriat cito non ẽ niſi qa mutatio ẽ facta in hac febre de bonitate eius ad ma liciaz. Hec mutatio põt ẽt fieri in febribus multum que accidunt ab aere peſtilentiali

& modi huius mutatiõis sunt plures. Vn9 est: quia ponamus q9 aliquis febriat tẽpore pestilẽtiali febre que fit ex sui natura salubris quã febrẽ homo ĩcurrisset q̃uis aer nõ fuisset pestilentialis: uel pone q9 ĩcurrat ea3 ex aeris dispõne tamen sit de salubribus: & stante ista febre salubri lateat aliq̃ materia uenenosa qualis eẽt illa materia antracis: q̃ generabatur ex malicia aeris ĩ aliqua parte spũ aliu3: sed stabat qeta & occulta. In hora igit crisis huius febris salubris ista materia moueat & attingat cor & subito ĩterficiat: uel ĩ hora nõ crisis. hoc aũt plus euenit infe bribus pestilẽtialib9: na3 hee materie praue plus sunt apte generari in tp̃re illo tamẽ in febrib9 & tẽporibus nõ pestilentialib9 põt hoc cõtingere: & ia3 iste casus turbauit & in festauit aliquos medicos sine culpa. Secũd9 modus ẽ q9 stante ista febre salubri aer con tinue ĩspiratus cõuerterat medicina3 ad ue nenositatẽ: & tamẽ nõ erat sic cõuersa prius & ex hoc moritur iste. Et tñ si aer nõ fuiss3 pestilentialis nõ fuisset pmutatio ad tantã prauitatẽ materie: & iõ multũ conari debe mus ĩ rectificatione aeris: & ex hoc appebit causa terribilis effect9 apparẽtis tp̃re praue pestilẽtie: & ẽ ut nos uideam9 quasi aliquos liberatos ab aliqua febre cõtinua pp aliquã crisim optimã qui subito morieť in tẽpore ĩ quo indicas eos cõualescere: & hoc cõtigit qa licet iste liberatus sit p euacuatiõe3 ybi gratia. sanguis qui exiuit p nares q̃ fuerat causa febris cõtinne sanguinee: tñ in eo est aliquid peccatũ colere apte corrumpi & aer uenenosus cõuertet eam ad naturã ueneni. In die g° cõualescẽtie ĩ quo gloriat9 fuisti de salute infirmi & cõgauiscus sibi & suis subito hac corruptione colere facta qa uirt9 est debilis erripiť febris & ĩ paucis horis: ul' diebus occidit illũ. Et plus euenit hoc ĩ aere pestilentiali: ut notũ est: nec de hac possibi litate ẽ mirandũ: nec de cita occisione cũ cã effectus possit eẽ causa apta ad hanc trans mutationẽ malã & aer possit esse multum corruptus: & materia mala posset eẽ multe maliciei uehemẽter agens in corpus debile quale ẽ corpus cõualescens nõne uides q9 ĩ uero cõualescente Auic. timet mortẽ ꝓpter assurgere ad assellam: ut apparet fen. 2ª. huius. Scias hoc. Alios modos autem huius mutationis per te consídera. Ex his leuiter cessant argumenta. ET HESITANT MẼ DICI zc̃. Quia nõ preuiderũt mortem nec causa3. Ex istis sic dictis ĩmediate: & ex his primis. s. habẽtib9 febrẽ pestilentialẽ credo bene q9 q̃n in eis apparet fetor bane lit9 non stet bonitas pulsus: s3 tũc ĩcipiat ad morte3 ꝓmutari: & si est bonitas pulsus ẽ quãtũ ad materias q̃ cõsequũť gradũ caloris ut illu3 sequũtur: ut dixit prima uia cõis zc̃.

¶ Signa pestilentie.

d EILLIS Q VE SIGNIFI CANT. Hic ponit signa pesti lentie. & Primo ponit signa q̃ cõcurrũt cursu causa4. 2° que sunt ℔m semitã societatis cause. ibi secunda. SIGNA AVTEM. Prima ĩ quatuor. Prio ponit signa pestilentie autumnalis. 2° hye malis. 3° estiue. 4° ponit signa generalia q̃ possunt ad uer: & ad alia tp̃ra applicari. ibi secũda. ET Q VANDO MVLTIPLICA TVR. ibi 3ª. PESTILENTIA AVTEM. ibi 4ª. SIMILITER Q VANDO VIDE RIS zc̃. ROYONIS. Est ignis qui apparet in aere motus: ut stella cadens uel currens. ASVL. Est ignis qui uidetur stare in aere: colũpna uel aliqua figura stans. Dubitať primo qa nõ uideť q9 apperitio illo4 igniũ significet pestilentiã: qa sic apparet. 4° me thauro4. isti ignes fiunt exalatione calida & sicca ꝓtingente ad partẽ aeris superiorem uersus ignẽ: exalatio aũt calida & sicca nõ ẽ signũ pestilentie. ĩmo remotionis pestilẽtie quia aer pestilentialis est humidus cum ob tuso calore: & talem modum humiditatis destruit exalatio sicca ignea: unde A4. pro bleumatu3. z5°. i9°. problemate ĩterrogãs quare aer nõ putrefit dicit q9 ẽ igne plen9.

¶ Dubitatur secundo ĩ quo tẽpore dicať esse ista pestilentia: an in autumno: an in hyeme sequenti. ¶ Dubitatur tertio quõ hec signa sunt etiã cause. Ignes eni3 cadẽtes aut stantes in suprema ꝓte aeris nõ causant aliquid in nostrã humiditatem, licet signi ficent. In hac materia metholoycus & astro logus possunt multa dicere. Dicamus g° quantu3 nobis sufficiat. Primo dicamus q9 isti ignes non significant uerã pestilẽtia3 sed solũ maliciam autumni: quia significãt eius superfluã siccitate3: sed autũnus siccus

eſt prauus prauas faciēs egritudines: & qa iſti uapores ſicci calidi qui ſuperius ignes fiunt.hic inferius ſiccū faciūt aerem & ſunt eiuſdē ſpēi:& ideo dicit q iſti ignes currūt curſu cauſaꝝ non q illi qui ſunt ſuperius circa extremū ignis cauſent ꝑprie hoc: ſed illi qui ſunt in hoc ſpacio eiuſdez ſpēi cum illis:& hoc eſt quod ultimo Auic.dicit indi catur īdicatione cauſe qa indicāt eos q ſunt cauſa. Secūdo poſſumus dicere q exalatio calida & ſicca nō facit peſtilentiā:ſed quādo multi uapores ſurgūt in aere fit tūc peſtilē tia:unde ꝑbleumatū ꝑma ꝑbleumate.2i° dicit Aꝝ.q qñ ex terra uapor mult⁹ aſcen dit ānus peſtilentie fit. Iſti ergo ignes intel ligendi ſunt q cōiunganť cū multa euapo ratione preter eoꝝ apparitiōez: ſicut ſtatim infra ponit Auic. Vel poſſemus imaginari q multitudo uapoꝝ in aere nō poteſt con ſumi ſed aeri miſceť: ſed pars iſtoꝝ pōt cale fieri & exiccari q̄uis a principio ſue eleua tionis nō fiat talis uel fuit occultus uapor calidus & ſiccus in uaporibus humidis pp iſtā g° multitudinem humidis uaporibus mixtis remanentibus ī aere calidis & ſiccis ſurſum eleuatis fiunt ex illis peſtilentia:& ex iſtis ignes qui ñ fuiſſent eleuati ſurſuz: ſed ſoli & ꝑmixti cepiſſent aſcēdere: ſm g° hunc moduz iſti ignes poſſunt ſignificare peſtilentiā & currūt curſu cauſaꝝ:quia in dicāt cauſaz dictā.hic tñ ſermo ex prīcipiis metroloicis pōt moleſtari:ſed nō curamus. Tertio poſſum⁹ dicere q iſti ignes multi nō ſolū moti ſed etiā quieſcentes de quibus eſt cometa fiunt ex dominio martis cuius dominiū ē cauſa mortis & peſtilētie ī aere. Currūt ergo curſu cauſe quia ſignificāt cāz .ſ.ímpreſſionē martis:ideo yſaac febriū,ç° eum dixit apparitiōez flāmaꝝ & lampadū multoꝝ & diuerſorū in autūno ſignificare peſtilentiā:ſubdit q ſi qdam querūt huius rōnis intētionez dicemus q̄ ſunt nō poſſe ī telligi niſi prius preuideant multos motus ſtellarū ſcīam & cōiūctiones eaꝝ ad īuicem que fit ī circulis ſuis qualitate cuiuſq ſtel larū que eſt ſm eaꝝ loca. Iam ergo apparet ſolutio prime & tertie dubitationis. Ad ſecūduz dubiū & ſm primū modū dicendi eſt dicendum q ipſa peſtilentia erit in ipſo autumno & erunt febres de materieb⁹ cor ruptis :& egritudines alie: ſicut ſcabies & lepre & cancri & poterit extendi in hyeme in qua materie iſte cōſtrīgunť: ſed ſm 2^m modū dicendi: & 3^m iſta peſtilentia poterit eſſe in hyeme & uere & eſtate futura. ET QVANDO MVLTIPLICANTVR AVSTRI. Conſiderādū q multiplicatio auſtri facit aerē humiduz & etiā calidum. Subſolanus aūt addit ad calorē in aere. IN THENIF.i.menſis december. ī quo eſt ꝑn cipiuz hyemis uides hos uentos flare. ET VIDES AEREM NEBVLOSVM zc.ſig nificant multi uapores humiditatuz calidi tate turbantes mixti in aere:ſi ergo pluit p illoꝝ uaporū aſcenſuz & cōuerſionē ī aquā: tūc aer nō remaneret ꝑfundat⁹ ſiue mixt⁹ cū illis uaporibus & ſic nō fieret putredina lis: quia igitur pluuia non fit. īmo īuenis aerem uacuū a pluuia. SICCVM.i.pluuia priuatū aer corrumpitur: quia illi uapores cū caliditate putrefiunt ſiue putrefaciunt aerē:& quia non ſolū hyemis. īmo poſſunt tot eſſe uapores & tanta corruptiōe q dña bitur toto anno:& hoc eſt ꝑbleuma Aꝝ.ꝑ bleumatū ꝑmo.& 3° ꝑbleumate. dicit eniz ꝑpter quod auſtri ſicci & pro nō aquoſi ſe. ſunt. Et ſoluit dicens quia caliditatez & hu miditatē extraneā faciunt ī aere:ſunt enim humidi & calidi. Conſiderandū tamē q ſi ſimul cum auſtro fit ſubſolanus addit illi humiditati ſuperflue caliditatē ꝑpter quā citius putrefit ut nō expectetur calor ueris uel eſtatis. PESTILENTIAM. Dubitaē quare facit ad hāc peſtilētiaz pauca pluuia & frigus in aere Amplius quō poteſt acci dere frigus in nocte & caliditas. Dicendū q uer frigidū pauce pluuie tenet materias uſq ad eſtatē. DEINDE.i.poſt uer multi plicatur auſter: & hec eſt cauſa multorū ua porū in aere ſignuz cuius ē turbiditas aeris & qñ iſti uapores ꝑfunditus admiſcentur aeri qa aliqualiter ſubtilianť fit aer clarior q̄ prius eēt: & iſta claritas nō debet multū ꝑdurare:ſed ſufficit q circa ebdomadaz:& iteꝝ īturbideť aer p aduentū uaporuz mul torū. Si.n.illa claritas ultra ebdomadā per duraret pōt ſignificare illoꝝ uapoꝝ cōſūp tionem. Ex hac igiť diſpōne ſuſpicandū eſt aerem factū eſſe putridū ex illis multis ua poribus:& affirmatio huius eſt: qa accidit

frigus in nocte. Considerandum q̄ istud frigus & ista caliditas possunt intelligi eē in aere: naz isti uapores humidi sunt aquei ex natura: & ideo sole recedente tendunt ad frigiditatem: sed concluso in eis calido fit putredo & uincit calor: & intus apparet in eis caliditas: & ꝑm hanc imaginatiōez. ꝑmo sero apparebit in aere frigiditas & aliqua alia hora noctis apparebit caliditas: & econtra possemus imaginari q̄ aer grossus ex his uaporibus factus retinet caliditatē quā in die acquisiuit in primo sero usq; ad aliq̄ ptē noctis: postea aūt mutat̄ ad frigiditatē tu aūt cōsidera. Hoc aūt frigus & caliditas possunt ītelligi esse ī corporibus. Nam aer iste putridus inspirat9 attingens cor ledit q̄uis nondū faciat febrē: & ideo calor ab exterioribus ad interiora cōtrabitur: accidit g° frigus ī nocte circa extrema & caliditas in īterioribus. Possem9 aūt aliter dicere q̄ aer iste grossus humidus absentia solis in frigidatur in nocte: & ex hoc ītus cōcludit caliduz & calidū sentit̄ minus: & cuz hoc ledit spūalia: quicqd aūt sit uez ē q̄ iste aer cōturbat nos & nocēdo spūalia ē causa mōi prefocatiōis. Cor. n. in eius attractiōe ledit̄ & ex hoc quasi non uidet̄ homini q̄ ab ea euentet̄. Ista aūt plus apparēt in nocte: aut quia ī die fit euentatio a zephiro & borea: ut Az. ꝑbleumatū. 25. 15°. ꝑbleumate: aut quia ītus concludit̄ calor: aut qa in die pp attentionē ad alia boīes nō sic cōsiderāt has mutationes in se: sicut accidit philosopho habēti apostema ī coxa qui pl9 molestabat̄ in nocte quā in die: ut apparet a Gal. in li° de motibus liquidis. Ista g° pestilentia est mala & magna quia est uera pestilentia ex multa putredine in aere. ET HIS SIMILIA. Quia morbilli carbūculi. i. apostemata de materia uenenosa mēbrorum corruptiones: & similes dispōnes illis q̄ facte sunt ī pestilentia: & nos testificamur hāc uidisse. ET SIMILITER. Hoc est aliud signum pestilētie estiue ī qua significamus occultaz & malignam materiaz putredinalē in aere cui9 signū ē qa boīes ualde cōturbant̄ ut ñ possint ī nocte huius estatis quiescere: & tñ nō indicant se ꝓcipere fortē caliditatē: ē g° ex malicia putredinis. Habens matutina alterata. s. de caliditate ꝓcedēte ad frigiditatē & econtra: ut supra diximus: cōiter tamen accidit q̄ circa aurorā frigus plus apparet q̄uis nobis sol sit ꝓpinquior: ut ꝑbleuma tū. 25°. 5°. ꝑbleumate. IGNES. s. diuersoz modoz. NEGEZIN. i. ignes descendentes & dixit hoc uocabulū Auic. ut significaret diuersos modos ignis qui diuersificantur ī forma & in motu & quiete: & in motu est magna diuersitas: ideo dixit. ET ALIA. i. alii & diuersimōi boz igniū: ut uerbi gr̄a. q̄ appareat aliqua cometa: cū hoc dixit. A. PRETERIERVNT IN AVTVMNO. Vt īnuat ꝓ hoc q̄ cā istoz ē dominiū alic9 maliuoli planete cuius impressio in aere incipit apparere tempore quo isti ignes sunt magis apti fieri. s. ī autūno. ET ALIORuz QVIA CIRCVLORVM ET MORTIS PRINCIPIVM ET SIMILITER. Ista alteratio ē de caliditate ad frigiditatē: unde uirtus debilitat̄ de turbilentia ad claritatē & nō solū in uno die: sed in die & die: unde significat multitudinez uapoz in aere sparsorū: & idez significat ortus solis cū nebula būida sparsa in aerē: unde uidet̄ ut puluis: qa apparet aer quasi esset puluerulentus. PESTILENTIA ACCIDIT. s. cito. Hoc aūt signū uerū ē quocūq; tēpore accidat ita q̄ si accidat in hyeme poterit significare pestilentiā in uere: aut in ipsa met hyeme ꝑm quātitatē uapoz & ipsoz uiolentiam & maliciā. SIGNA AVTEM. Considerādū q̄ ista signa dicunt̄ eē ꝑm semitā societatis cause: qa ipsa nō sunt cause sz associant̄ cāis sicut ranaz paruaz multitudo q̄ significat superfluā humiditatē ex qua fiūt: ut etiaz sumit̄ ab Az. ꝑbleumatuz prima. 22°. ꝓbleumate: ubi hoc ꝑbleuma queritur. Nos aūt uidim9 ante quādaz pestilentiā tantaz multitudinē haz ranarū ut cooperirēt terram in multis locis: & erāt rane parue: cum quadaz cauda: & has ranas Az. uocat ranas crinoidas. Alii tñ dicūt q̄ illaz facies hñt signa rubea. ALARBVRI. i. serpētes qdaz hec enizsigna significāt magnā putredinez in cauernis terre. Considerandus q̄ ista possunt dici signa & cause sicut ignes uolātes qui licet nō sint causa: tñ significat cāz: tñ signa que ꝑm ueritatem sunt cause sunt multiplicatio austri turbiditas aeris apperitio aeris puluerulenti: & similia.

¶ Curationes febris peſtilentialis.

SVMMA CVRATIONIS.

¶ Primo ponit cañ. curatiõis. 2° preſeruatiõis. ibi 2ª. ¶ OPORTET. Prima in duas. Primo ponit curã p euacuationẽ. 2° p ĩfrigidatiõz & aeris rectitudinẽ. ibi ſecũda. ET OPORTET. ¶ Conſiderandũ q ſicut iaz diximus febres peſtilentiales poſſunt eſſe diuerſe in diuerſis: ut in aliquo colerice: & in aliquo flegmatice & ĩ aliquo melancolice & ĩ aliq° ſanguinee: & poteſt etiã eſſe diuerſitas eaz: ut contingat putrefieri humiditates circa cor: & ẽ iſta uera peſtilẽtialis: & aliqua peſtilentialis poteſt eſſe in qua putreſcant humores circa aliquas uenas: & hoc ꝓpter eoz diſpõez. Euacuatio igit̃ fiat uꝫ flobotomia uel farmatia ſ̃m ꝙ cõuenit. Et attende ꝙ facere flobotomiã in febre peſtilentiali in q̃ nõ cõuenit eſt magnus error & maior quã ſuũ ſimile in aliis. ¶ Conſiderandũ 2° ꝙ cũ in febre peſtilentiali nõ ſit magna diſtemperantia in gradu caloris ſicut in cauſone: & ſimilibus: ſed pñtia male materie indicat euacuatiõez potius & prius q̃ aliquã alterationẽ: & iõ dixit ꝙ ſũma curationis. EST EXICCATIO. i. euacuatio ubi tamẽ cum febre peſtilentiali eẽt magna alteratio uel ĩflãmatio ut cũ eẽt febris ethica & multi & acuti caloris audacter ĩfrigidamus. ¶ Conſiderandũz 3° ꝙ iſta materia cũ ſit putrida maligna putredine debemus conari quãtũ poſſum⁹ ad ei⁹ euacuatiõez & cito: ſemp. n. ſperamus plus de eius materiei corruptiõe q̃ de digõne: & hoc ꝓpter groſſiciem aeris pñtis corrupti & materie aptitudinem ꝓp hoc ĩcipimus ad euacuandum. Et ego uidi ſocios noſtros uiros expertos qui in praua peſtilentia prima uel 2ª uel 3ª die: uel q̃ª ĩ ſũma q̃ citius poterãt dabant farmaca euacuantia exſoluendo materias: ſicut reubarbaruz aliqui & agaricũ aliqui cũ turbith: & quidaz dabãt qñq̃ medicinas iſtas uigoratas cũ ſcamonea pauca: & uidimus plures euaſiſſe ꝑ manus iſtoz q̃ ꝑ manus illoz q nõ purgabãt niſi cũ leuib⁹ cliſteriis & qñq̃ ſola caſſia & dicebãt illi uiri ſolẽnes hoc uoluiſſe Auic. cũ dixit. ET OPORTET VT INCIPIATVR IN EA AD EVACVANDVM. Et dicebant ꝙ ſi ĩ morbis furioſis ante digõnez preceptũ eſt euacuari: multo magis iſta euacuatio cõpetit ĩ materia faciente febrez peſtilẽtialẽ: põt. n. dici furioſior oĩ materia furioſa. ¶ Cõſideraduz q° ꝙ ad iſtã euacuatiõez ad quã Auic. feſtinat in ſe. peſtilentiali uocat exiccatiõez: unde dicit. SVMMA CVRATIONIS EST EXICCATIO. Nam Auic. euõem minoratiuam uocat exiccationez: ſiue ſit minoratio materiez q̃ nõ ſunt dicẽde cauſa cõiũcta uꝫ añs: ſed ſunt materie cõplicate ſiue cõiũcte cum feb. & ſic appellauit ſuꝑ ca° de cura putridaz ĩ uniuerſali cũ dicit. CVM ADMINISTRAVERIS CANONES PREDICTOS: & dixit. SECVNDVM SEMITAz MINORATIONIS ET EXICCATIONIS zc̃. ſiue iſte materie ſint cã cõiũcta uel añs ſe. & b° mõ euacuatiõz minoratiuã uocat exiccatiõez: & ita ca° de cura uariolarũ: cũ dicit. FLOBOTOMETVR QVANTITATE QVA EXICCET. i. minoret de materia: & iſta minoratio etiaz dicit̃ abſciſiua cauſe. ſ. partialis abſciſiua: hãc g° exiccatiõez. i. euomatiõem minoratiuã q̃ accipiat de cã cõiũcta faciente febrẽ: & añti. A. precipit facere. Sed tu dices ſi illa materia ẽ ita praua: ſicut materia furioſa. quare g° nõ euacuamus eradicando materiã. ¶ Dicẽdum ꝙ hoc ꝓp caſuz uirtutis. Incipit enim hec febris a ſpirituũ malignitate: ſi qs aũt uellet tenere ꝙ ĩ prin° putridaz peſtilẽtialium nõ cõpeteret farmacũ qd̃ exſoluendo euacuaret: ſed ſolum qd̃ leniret: ut caſſia & uiole fundet ſe ſuꝑ b° qd̃ dicit. EXICCATIO. Quia Auic. ſic conſueuit uocare euõem q̃ eſt facta cũ medicinis q̃ nõ euacuãt exſoluendo. Et hec diſcordia redit ad qõnes q̃s diſputauimus ſupra ĩ cura putridarum in uniuerſali. Credo aũt ꝙ in peſtilentialibus feſtinandũ ſit purgare cuz farmaco qd̃ euacuat exſoluendo: ut ratio p̃dictaz uiroruz ꝓbat: determinatio aũt tẽporis & q̃titatis farmaci remanet ĩ extimatiõe medici. ET OPORTET. ¶ Conſiderandũ ꝙ ĩfrigida° remittit putredinẽ & tẽporat caliditatez q̃ ĩtus circa cor iſti ſentiũt. AVT INFRIGIDATIO FIT. Primo ĩfrigidat domos eoz 2° ĩfrigidat eos ꝑ res q̃ ſumũt̃. 3° ponit regimẽ determinate febris peſtilentialis. 4° ponit regimẽ ꝑ cibũ. 5° rectificat aerẽ ſicut

premittit & postponit.ibi 2ª. ET ADMI NISTRETVR.ibi 3ª.Q VOD SI.ibi 4ª ET Q VANDOQ VE ACCIDIT. ibi 5ª.RECTIFICATIONES.Quod primo dicit est notū.Linimentuz aūt & delibutio idez ē & delibu° est q̄si affluēs linimentuz. ET ADMINISTRETVR. Visus est hic Dynus dubius fuisse cū ī febre pestilētiali sit duplex intētio.s.euacuatio materie & in frigidatio quare nō ponit medicinas euacuatiuas sed ifrigidatiuas p os assumēdas:ut trocisci de camphora & rob frigida:ut rob de agresta & rob de ribes & huiusmōi. Rñ det ꝙ farmaca euacuātia materias sūt dcā supra:& eadez sunt q̄ euacuant materias febriū pestilentialiū & nō pestilentialiū: & in hoc Dyn⁹ bñ dixit:sed postea dixit ꝙ hui⁹ modi medicine ifrigidātes & exiccantes: & trocisci de camphora & rob:& similia cōtrariant ꝑprie putredini:naz putredo cōsistit ī calido & hūido:& iō trocisci de camphora cōueniūt oī pestilentiali cōsiderate: ut pestilentialis ē:qa illi resistūt illi putredini.licet rōne materie putredinis plus cōueniant in q̄daz pestilentiali febre ut ī colerica: ī q̄daz min⁹ ut ī flegmatica: tñ in ipsa fe.flegmatica etiā cōueniūt rōne putredinis facte ab aere putrido:& in alia fe.flegmatica.s. non pestilentiali nō cōueniūt hec dicta Dyni in digēt determinatiōe: nam trocisci de camphora qbus utimur ī febre pestilentiali colerica uel sanguinea nō ĩdigēt mixtione cū rebus aliis q̄ remittāt frigus camphore:sed credo ꝙ qñ febris pestilentialis ē habita ex materia frigida flegmatica est bonuz dare illi aliqd de musco uł de medicaminib⁹ de musco ut dyamuscū zē.& credo ī b° Haly. ī tegni cū dixit:& post Gal.& diascoriden ī uēte sunt herbe dicti iuuamenti :& uelocis ualoris sicut ualēt camphore ī egritudinibus pestilentialib⁹ calidis & muscus ī egritudinib⁹ pestilentialib⁹ frigidis. Dubitaꝫ utz ī febre pestilentiali possum⁹ uti tyriaca. Et dicendū ꝙ ubi febris apparet lenta multū remissi caloris & uenenose putredis cōcedi pōt aliqd de tiriaca:& credo b° gal. uoluisse ī li° de comoditatib⁹ tbriace. Ego etiā laudo ī febribus pestilentialibus medicamē de aqua rosata & uino & boloarmeno qđ .A.scribit.2° cañ.ca° de luto armeno. Feci aūt hāc compōz.Re.aque ro.libraz.v. uini uncias duas.boli armeni.z.ii.misceañ det de eo ī mane cū syrupo suo & det ī nocte & meridie & diebus q̄bus uidet: Et si times stipticitatē succurre cū lenitione & minora dationē & adde multū syrupi citri uł arantiaz & agreste & uino granatoz. ET AQ VA.Hoc ē dictū Iohānicii positū.i6°. cōtinētis ca° de aere.cuius dicti cā est:nam pōt esse febris pestilentialis iflāmatiua ī q̄ competeret copiosus pot⁹ aque frigide ꝑm cañ.generales:si g° biberet pauca ꝓsequēter pōt incēdi & īcendet:ut ipsa qñq̄ cōuertaꝫ in colerā:ut dixit ypo.2° regimīs acu. Q VOD SI ista febris pestilētialis ē praua In qua calor ītus occultaꝫ unde frigent extrema & ꝓp retentionē uapoz tendūt ypocundria & euaporat ad capud ex qbus ꝓp eoz malicia nō fit somn⁹ sed uigilie & alie natio.& ꝓp īcendiū multū eleuaꝫ pectus:& ꝓp multitudinē uapoz exprimēdoz mꝫta fit eius ꝓstrictio. oz g° trahere extra calidi tatem cū fricatiōibus & euaporatiōibus extremorū. Et augmētare calidū naturale cū cordialib⁹ cōueniētib⁹. ET Q VANDO. Consiederandū ꝑm Dynū.ꝙ appetitus cadit ī pestilentiali febre ꝓp coītatē stomachi ad cor:unde spirit⁹ cū quo stomachus facit suaz operationē est corruptus:& iō non appetit:& ideo.RESTAVRETVR AD COMESTIONEM.i. cogañ uiolenter comedere ut spūs illi rectificēt: & corrigaꝫ illoz malicia. Considerandū aūt ꝙ restaurare eos sup cibū ē frequēter cibare eos & paruz ĩuito ut uirtus debilis possit cibuz datum multis uicibus digerere qđ facere non pōt uice una:si g° in eis fit prostratio uirtutis appetitus siue nō laudaꝫ cibatio: ī plurib⁹ tñ cadit appetitus. Causa aūt casus est qa spūs cordis istoz sunt ifecti & cōtinue infi ciuñ ab aere:& ideo egēt quasi cōtinua restauratione uel renouatione & cordis cōfortatione quod fit ꝓ cibaria contraria istis.s. frigida acetosa:uapores.n.laudabiles a cibo eleuati qui cito transeunt rectificant spūs miscēdo febres cū eis & materialiter augēt eos:qui eniz multū comedunt & uiolenter: q̄uis sint destructi appetitus absoluūtur a febre & uomūt: & si cōsideras ē q̄si curatio uenenati hominis: bñ ergo necessariuz est

reſtaurare eum ſup cibū.i.cogere eos:uel.i. frequenter cibare eos: alias tamē dedimus illā expōem reſtaurentˇ.ſ.ut qđ deficit de cibo ſupleatur p electuaria cordialia. CIBI NAMQ VE. Poteſt exponi ꝑmo cibi eoꝝ .i.cibi qui tūc reperiuntˇ ſunt mali.i.ſunt ī fecti ēt ab aeris corruptiōe: quare nocꝫ eoꝝ multitudo.i.nocet eoꝝ multa quantitas in quātuꝫ fit additio.ſ.ī materia mala: & iō detur parū de eis:& nocēt inq̄tuꝫ ſūt mali .i.male qualitatis:qa corrupti ab aere:& iō fiant acetoſi:hic ergo ꝓbat Auic.ꝙ nō deˇ multa quātitas ciboꝝ:ſed frequēter cibenˇ & ꝙ dentur cibaria acetoſa frigida.Secūdo modo pōt exponi. CIBI EORVM.i.cibi q̄bus utebanˇ ī tēpore ſanitatis zc̄.& ꝓbat Auic.ꝙ iſtis denˇ cibaria frigida acetoſa:& nō in multa quātitate:qa ſi nō darenˇ iſta darenˇ illa q̄bus utebantur ī tp̄re ſanitatis .ſ.ī quātitate multa & nō acetoſa ſꝫ pīguia & cōdita ſicut eſt cōis hominū ꝟſuetudo: ſꝫ eſt manifeſtū ꝙ dare ī quantitate multa:ē malū quia addit ī materia & dare ī q̄litate cōdita eſt malū:quia talia cibaria ſūt mala in qualitate:quia nō rectificāt maliciaꝫ: gͦ oportet ꝙ ſint pauce quantitatis: & ꝙ ſint acetoſa.RECTIFICATIONIS.Hic rectifi cat aerem peſtilētialē:ut premiſit: & poſtea poſtpoſuit: & ponit rectificationē pro ſanis factaꝫ cū rebus calidis & frigidis:ut aceto: tamē in corporibus ſanis ſecurius utimur calidis ad rectificationem peſtilentie quā in febricitantibꝰ.CVM Q VACVNQ VE RE.ſ.de dicendis: uel cum quacūq̄ re.ſ.ca lida & frigida.lꝫ ſit ſecurior ī ſanis calida. SANDRACA.i.uernix.BONKA.quidaꝫ exponūt.i.affodili:tamen 2° cañ.habeˇ:& uidetur ꝙ ſit res que ad nos nō peruenit. ALVSVE.caᵐ habes.2° cañ. & eſt notuꝫ. ACETO ET ASSA.i.diuiſim uel compo ſitis eis:acetum aūt in peſtilentia cōfirmāt omnes quāuis enim quoddam acetum ex putrefactione cōſurgat:tamen ipſum frigi ditate ſiccitate cum ſubtili ſubſtantia pro fundatur miraboli mō putredini obuiat. SECVNDVM SANOS zc̄. EGROS. aliis egritudinibꝰ quāuis nō eſſent febres: ſed alique putredines ulceroſe & puſtuloſe: uel etiam. EGROS .i.febrientes qui ſunt egri:& erit locutio ſuperflua:& patꝫ ꝙ iſta ſunt frigida: quia ſunt cōferentia febribꝰ. ALKEKENGI. notum eſt ꝙ eſt una ſpēs ſolatri: alia littera habet.ALSEGI. Et non īuenitur quid ſit zc̄.

¶ Preſeruatio a peſtilentia.

OPORTET VT EXTRA HANTVR. Ita Gal.preſerua uit corpora.primo de dīiis fe brium ubi exercitio.i.non ex iccentur humiditates cum exercitio: quia exercitatio fortis que exiccat humiditates inflāmat & neceſſitatem ponit attractionis multi aeris:& boc eſt multum nociuū cum ſit aer corruptꝰ:& ideo dixit.OPORTET ENIM VT NON ADMINISTRETVR .ſ.exerciuꝫ exiccatiuū ſuperfluū: & hͦ fuit preceptum Raſis. ut apparet.iͦ cōtinētis. caͦ de aere.oportet eniꝫ ut nō adminiſtreˇ balneum ſaltem plurimū. NEQ VE VI NA.ſ.in multo potu quia inflāmat: boīes aūt noſtre regionis non credunt euadere peſtilēntiam niſi multo potu uini. Credo aūt ꝙ tēpore peſtilentie moderatus potus eis ſit cōueniens & ꝓprie cōſuetis: ſicut ſūt boīes noſtre regionis. Multuꝫ enim facit cōſuetudo & intollerātia potus uini ñ ſolū in quātitate īmo ī q̄tate ſupflua. Trāſeūt eniꝫ qdaꝫ cuꝫ ſupfluo potu eiꝰ ſicut apparꝫ de Dyoniſio tyranno de quo ſcribitur ab Aꝟ.ꝓbleumatū.26ª particula: q̄uis tñ ſic trāſeant: ſunt tamē ī ſenſu:ut aīalia bruta NEC TOLLERET SITIS. Ne ꝓpter in flāmationē coganˇ ad multā aeris attracti oneꝫ.MINORETVR. Vt nō multiplicēˇ materie:& ut melius digeraˇ. ALCVLEN ALEATVM.zc̄.ſūt mōi ꝑparatiōis ciboꝝ ſicut nos dicerem⁹ ſolatinam gelatinā. AL GENIABIN .i.ꝛuccarum ro. uel mel ro. ANTE EAM.ſ.febrē. Medicina quā ponit fuit Ruffi. Et ſcribitur ſub hac ꝓportiōe. Re.aloes ptes.ii.mirre croci ana ptem unaꝫ terenˇ.ſumaˇ aūt paꝝ ex eo cuꝫ uncia una uini odoriferi. Inquit Ruffus nunq̄ uidi aliquē bibentē hāc medicinā q ñ liberareˇ & p̄ſeruareˇ ab epidimia & nūq̄ fuit īuēta medicina ſibi par: ut.iͦ. cōti.caͦ de aere. ſup bͦ āt caͦ alias diſputauim⁹.utꝫ ſit repi re feb.effi. peſtilētialeꝫ: & utꝫ ſit poſſibile repire ethicā peſtilētialē q̄s nūc obmitim⁹.

¶ De uariolis.

QVANDOQ VE ACCIDIt. Variole apud nos uocant maſ calobri: & a qbuſdã reuelboni. Morbilli uero dicũt apud nos roſalia. De his ergo determinat poſt ℔mo nem de febrib⁹ peſtilẽtialibus: & cã eſt. qa ſũt homogenee: qa ſequũt multũ aeris diſ poſitionẽ: Et prĩo determinat de mõ ge nerationis uariolaruꝫ: & cãis: & diuerſitati bus & ſignis 2° de regimĩe. ibi 2ª. QPOR TET VT IN VARIOLIS. Prima in duas prĩo determinat de uariolis licet etiaꝫ ℔mo poſſit ad morbillos aplicari. 2° ſpecifice de termĩat de morbillis. 2ª ibi. SCIAS Q℈ MORBILLVS. Prima ĩ duas. Prĩo deter minat de mõ generatiõis: & cauſis & ſpecie bus ſiue diuerſitatib⁹. 2° de ſignis. ibi 2ª. ET Q VANDOQ VE ANTECEdũt. Prĩa ĩ duas. Prĩo ponit mõꝫ generatiõis ua riolaꝝ. ĩ 2° poĩt cañ. mℙtos qb⁹ declarãt cẽ: & diuerſitates eaꝝ: ibi 2ª. ET VARIOLE. quidem: & morbilli ſunt. zc̃. Prima ĩ duas Primo p̃mittit modũ generatiõis. 2° decla rat. ibi 2ª. ET DE HOC. Dicit primo qꝑ qñq accidit ĩ ſanguĩe ebulitio ℔m ſemitaꝫ putredinis qbuſdaꝫ q̃ ebulitio ẽ de genere ebulitionũ q̃ accidũt ſuccis: & cũ accidit illa ebulitio ſanguini fiũt ꝑ eaꝫ accñtia talia. ſ. uariole ita ut ꝑtes eoꝝ. ſ. ſanguĩs & ſuccorũ ab ĩuicẽ diſcernant. i. ſeꝑerent. Conſideã duꝫ primo qꝑ nullũ ĩuenio auctorẽ q taꝫ ꝑ funde & ſubtiliter de generatiõe uariolaꝝ & morbilloꝝ loquat ſicut Aui. & poſt eum Auenzoar yſaac Raſis & Azaranius. Quod aũt habemus ab aliis famoſis ꝑprie a Gal. nihil ẽ: & iõ ꝑfundari nos oꝫ ad mẽteꝫ hui⁹ uiri. Conſiderandũ 2° qꝑ lꝫ ſint ĩ Ruca. de uariolis tm̃ & de morbillis debꝫ h° ĩtelligi .ſ. qꝑ eoꝝ generatio ẽ ꝑ uiã ebulitiõis: tm̃ qa ſanguis uariolaꝝ ẽ maioris quãtitatis & hu miditatis: iõ ebulitio pl⁹ uariolis compara tur ſaltẽ pluralitate ebulitiõis materie. Conſiderandũ. 3° qꝑ Auic. uolẽs ĩueſtigare modũ generationis uariolaꝝ: & morbilloꝝ fecit hoc ꝑ uiã ebulitiõis: qa ĩ omni genera tiõe eorũ fit aliq̃ ebulitio ĩ ſanguĩe: & hui⁹ ſignũ eſt febris cõcluſa. Secũdo qa pluria generatio uariolarũ: & morbillorũ ẽ ꝑ uiaꝫ ſeparatiõis & depuratiõis ſanguĩs: nã pluri mus eorũ aduẽtus ẽ ꝓp ĩfectionẽ ex utero. Sꝫ talis depuratio & rectificatio: & ſeparatõ nõ poteſt fieri abſqꝫ forti motu ĩ ſanguine ſicut apparꝫ ĩ muſto quãdo rectificat: & fit uinũ: & ideo dixit Auenzoar ĩ fine teiſir: uariole & morbilli exeũt cũ febre ualde im petuoſa: & maligna ſicut quando uides qꝑ illi q extrabũt butirũ a lacte nõ faciũt niſi cuꝫ labore magno atqꝫ forti ualde: & motu laborioſo: quare credẽdũ ẽ qꝑ ĩ motu: & ex pulſione uariolarũ: & morbillorũ debeat il lud idẽ accidere. Conſiderandũ q°. qꝑ iſte text⁹ poteſt dupliciter exponi ꝓpter quod ſciẽdũ ẽ qꝑ ſicut apparebit ebulitio duplex ẽ. una qua fit rei ebuliẽtis rectificatio ſicut ebulitio muſti cũ fit uinũ. Alia qua fit rei ebuliẽtis corruptio: & putrefactio ſicut qñ uinuꝫ ebulit: & fit acetũ: & ebulit ſanguis ꝑ putredinẽ: & fit fex meloncolica. Et has duas ebulitiones Auic. ĩtellexit in hoc capi tulo. Dicat ergo qꝑ illud quod Auic. dixit hic poteſt eſſe ſermo generaℓ ad dictas ebu litiones ex quibus poteſt fieri generatio ua riolarũ & morbilloruꝫ utraqꝫ enĩ ebulitiõe põt ſanguis ebulire: & ideo dixit. Q VAN DOQ VE ACCIDIT SANGVINI E BVLITIO. Siℙr in utraqꝫ ẽ ebulitio uℓ pu tredo: nam in ebulitione qua fit depuratio lꝫ non ſit putredo partis ſucci uel ſanguĩs qui perficitur: tamẽ eſt putredo partis que ut ſuperfluitas ſeparat: uerbi gratia: fex & ſpuma uini in ebulitione qua fit rectifica° certuꝫ eſt qꝑ putreſiunt. Illa enĩꝫ ebulitio eſt putredo. licet poſſit diuerſificari ſecũdũ graduꝫ. Cum ergo dixit ſecundum ſemitã putredinis de genere ebulitionis zc̃. Et qa ſanguis ſiue ebuliat ebulitiõe ſeparatiua. ſ. perfectiua ſiue ebulitione corruptiua: p̃t ĩ hac ebulitione fieri uariole & morbilli: & dixit ideo. ET TALIA ACCIDENTIA Q VIDEM FIVNT PER EAM. ſ. ebuli tionẽ: & qa ĩ oĩ ebulitione fit aliq̃ ſeparatio partiũ: qa ĩ ebulitiõe ꝑfectiua fit aliq̃ ſepa° boni a malo: ĩ ebulitiõe corruptĩa fit ſepa° humidi a ſicco: uñ termin⁹ putrefactiõis ẽ ĩcineratio: & iõ dixit ĩfra. VT PARTES EORVM ABINVICEM SEPARENTẽ. Dico 2° qꝑ iſte ℔mo põt eẽ ſpãlis ad ebuli tiõeꝫ ꝑfectiuaꝫ: nã uariolaruꝫ euẽtus eſt ut plurimũ ex tali ebulitione ꝑfectiua: talis ãt ebulitio ꝑfectiua non eſt oĩno putredinalis:

quia calidū omnino putredinale eſt corruptiuū:ſed eſt putredinalis:quia hꝫ talis calor aliquid de extraneitate:unde eſt febrilis.

Tertio:quia terminatur talis ebulitio ad ꝑfectionē partiū ſupfluarū per quā ſeparationem rectificaťſanguis:& remanet bonus:& ideo dixit ſecundū ſemitā putredinis cuiuſdam:& nō dixit ſecundū putredinē. Eſt.n. illa ebulitio potius ſemita putredīs in ſanguine q̄ ſit putredo.nā ſanguis q remanꝫ rectificare ſicut uinū ꝑ ebulitionē muſti.iflā mabatur enī in hac ebulitione nō tamē corrumpebať:ſed ſi illa ebulitio & calefactio ſuperflue ꝓceſſiſſet potuiſſet corrūpere illuꝫ bonū ſanguinē ſicť ſi accideret ex aliq° muſto ebuliente.qđ nō remaneret uinū bonū: ſꝫ corruptū ſimiliter ebulitio illa nō termi natur directe ad putrefactionē fecis uini:ſꝫ qa ꝑtes ſupflue ſeparate derelīquunť a regimine naturalis caloris ſicut nō cōuenientes corpori.ideo occupātur a calido putredinali.ergo bene dixit.Auic.cū dixit.SECVNDVM SEMITAM PVTREDINIS CVIVSDAM.zč. qđ ſubdit infra. VT PARTES zč.apparet ꝙ intelligiť de hac ebuliti one:qa per ipſaꝫ ꝓprie partes bone a malis diſcernūtur.ET DE HOC.Si ſermo predictus ē cōmunis ad duas ebulitiones dicem⁹ ꝙ hic illas diſtīcte declarat: & primo ebulitionē ſeparatiuā.& rectificatiuā.ſecundo ꝑ mixtiuā:& corruptiuā.ibi ſecūda.ET DE HOC.Si autē ſermo predict⁹ eſt ſolum de ebulitiōe rectificatiua dicem⁹ ꝙ primo declarat illā.ſecundo declarat aliā ebulitionemꝫ que non eſt rectificatiua.ibi ſecunda. ET DE HOC EST.Dicit primo & de h°.i.de hac ebulitione eſt cui⁹ cā ē zč.Conſiderādū ꝙ uolēs facere notā hāc ebulitionē ſanguīs & ſuccorū.dixit cui⁹ cā eſt reſ q̄ſi naturalis.

Dubitať ergo q̄re calor qui facit ebulire ſanguinē ebulitiōe ſepatiua qualis ē ebuli° muſti dicit quaſi naturalis. Secūdo dubitatur.utrū hec ebulitio ſit aliq̄ de ſpecieb⁹ digeſtiōis. Et dicam⁹ hoc notū eſſe ex q° libro de ſimplici medicīa:& ante illū ex.q° methaurorū.oportet ad hoc accipe prīcipia ꝙ ſucci habētes mediā maturationē ſiue in completā digeſtionē humidi aquei buliūt: & ꝑficiunť ī decoctione hac:& ſicut calor q ꝑficit illos fruct⁹ ē duplex.ſ.ꝓprius.& ſolaris ut intelligiť ab Ariſto.ſic ille idemꝫ calor ſaluat⁹ ī ſucco expreſſo a fructib⁹.facit illos ſuccos ebulire.& maturationis īducit cōplemētū:& quēadmodū fructuū digeſtio ē digeſtio dicta pēpaſis.ita digeſtio ſucci illoruꝫ fructuū pōt reduci ad digeſtionē dictā pēpaſis.licet hic caderet ſpeculatio. Calor ergo iſte quo ſucci ebuliūt cū eorū cōplementum dicitur naturalis inquantū eſt intrinſecus.Dicit autē in naturalis ꝓpter caliduꝫ cōtinentis quod ī hoc coadiuuat:uel ꝑ incendiū infiāmationē additā ī gradu ultra illud.ꝙ dꝫ eſſe ī ſucco ꝑfecto. Vinū enī factuꝫ ꝑfectū ꝑ ebulitionē nō tenet illū gradū caloris actualiter cū quo erat quādo ebuli° fiebat. Cōſiderať ergo.īmaginati eram⁹. ꝙ calor q facit ebulire ſanguinē ebulitione rectificatiua dicit naturalis & ī nāl is dictis mōis:& iō dixit q̄ſi naturalis. Scđo Aui. tāgit actū ſiue actionē q̄ agēs īducit effectū cū dicit faciēs ebulitionē.calor.n.predictus agit ad maturationē humidi aquei crudi ſi ue nō cōpleti ſiue ſit ſanguis ſiue muſtum: & ī hac actione fit cōuerſio partiū aquearū aliquarū ī uapores qui penetrātes per corp⁹ ſucci eleuāť ī altū:& hec uocať ebulitio.

Tertio tāgit effectū huius agētis:& actiōis. Et primo tāgit effectū ꝑ ſe:& primo intētū cū dicit.NATVRALEM FACIENS MALICIAM SANGVINIS. Calor enī ebulitionē faciēs ī muſto meli⁹ ꝑmiſcet quaſdaꝫ ꝑtes ſiccas terreas cū humido aqueo:& ꝑtes humidas cū ſicco:& ī hoc cōplemētū fit maturationis:& ꝑtes aquee alique ſupflue euaporāt:ꝑ ſegregāť:& fit fex.remanꝫ g° uinū bonū.ET IAM SANGVIS BONVS. Tāgit effectū ſecūdariū: & ꝑ accns cū dicit ET PVTREFIT AB EO ILLVD QVOD ADMISCETVR.i. ꝑtes que erant mixte mō ꝑ ebulitionē ſepate putrefiūt quod manifeſtū ē ī ꝑtibus ſupfluicis ſepatiuis a ſanguine ut ſupra dixim⁹. Quarto tāgit materiā ī q̄ fit ebulitio ē aūt ſanguīs rectificabilis ꝑ ebulitionē q ē materia bui⁹ ebulitiōis duplex.unus ab utero materno:& h° ē qđ dicit.ET DE.zč.i.illa eadē ebulitō fit ī reliqis nutrimēti ſiū mēſtrualib⁹ ī ſanguine qui⁹ derelinqť in fetu ex mēſtruo mulieris quod eſt in pregnante.i.quod menſtruum colligitur in matrice tēpore impregnatiōis

& uariole que fiũt in ebulitione huiꝰ ſang uinis cõcomitanť omneꝫ hominẽ: & omneꝫ hominẽ cõcomitatur predicta infectio: licet in hoc ſit magna diuerſitas: ut diceť poſt. ALIVS SANGVIS EBVLITIONI APTVS ꝛc̃. Et etiã rectificationi ꝑ ebulitiõem eſt aggregatꝰ ex malis cibis ſicut ex multo uſu ĩcõſueto lactis equi & camelini ut dicet non eniꝫ eſt incõueniẽs ꝙ genereť in nobis quidã ſanguis ſiꝑis ſanguini mẽſtruali mulierum: qui habeat partes fecales groſſas & partes aqueas malas crudas: unde ebulitiõe fiet rectificatio: & uariole que fiunt ex hoc ſanguine eueniunt quibuſdã hominibꝰ. Et ꝑm hoc aliquis poteſt uariolari bis. Dixit aũt. DE HIS Q VE RECTIFICANT. i. laxificant: & mollem & crudã ſiue fluidaꝫ faciunt: infra enĩ Auic. utiť hoc uocabulo ut apparet 2° cañ. ca° 3°. cũ dicit. RARIFICATVR COMPONITVR. & 3° cañ. fen. q^a. tractatu de ſputo ſanguinis cuꝫ dicit. ILLE Q VI EXSPVITVR EX VENA EST RARIOR. Hoc ergo dixit Aui. quia nõ qlibet ſanguis eſt aptus ebulitioni rectificatiue. Sed qui cuꝫ hoc ꝙ eſt feculentus ẽ multus aquoſus fluidus aliter eniꝫ nõ ebuliret: & ideo dixit & faciũt eum bulire DONEC. Hic repetit & clarius ponit finẽ per ſe intentum in hac ebulitione: nam fit ebuliꝰ ſubſtãtia recta. i. rectificata excluſo fetido fecali ſupflluo & aqueo ſuperfluo. FORTIOR. i. in cõmixtione: quia ĩ eo qđ remanet: uerbi gratia in uino ẽ facta fortis compoſitio humidi aquei cum ſicco terreo magis apparens: quia prius latebat uinũ in muſto: mõ autẽ apparet: & ita intelligatur de ſanguine: & hoc eſt quod Auic. dicit. VIDETVR INTELLIGERE Q VOD MVSTVM ET VINVM COMPLETuꝫ NON DIFFERVNT SPECIE. Sed ſi differunt ꝑm eſſe completuꝫ & incõpletuꝫ & q̃ſi eſt latitatio uini in muſto: & credimꝰ hoc eſſe uerum. Tamen eſt in hoc queſtio que pertinet ad naturaleꝫ partem. Auicen. dicta ſua declarat ĩexemplo: & uult ꝙ q̃lis eſt ebulitio in muſto talis eſt ebulitio qñꝙ in ſanguine modo predicto: & ĩa declaratũ eſt hoc exemplum. Conſideranduꝫ ꝙ cũ nos imaginati erimus uegeteꝫ ſicut corpus humanũ: & uinuꝫ factum ſimilis ſubſtãtie bonuꝫ quod prius erat diſformius ex fecali & aqueo: & imaginati erimus ꝙ ueges non indiget fece: nec ſpuma ĩmo abhominabiť illas & non reqrit illas: tũc erimꝰ imaginati ꝙ iã. ſ. facta ſeparatione putruit ſpuma zẽ. Vtrũ aũt ſemp defacto ꝛtingat ſpumã uini putreſcere uere & etiã eiꝰ fecẽ nõ curauimꝰ hic diſcutere ſed applicãdo illa ad ſanguinẽ ſimilis ebulitio apparet: & ꝙ partes que a ſanguine ſeparanť putreſcunt. ET DE HOC. Hic declarat aliam ebulitionem ſanguinis in qua fiunt uariole: & dicit. ET DE HOC. Id ẽ de hac ebulitione eſt cuius cauſa zc̃. Conſideraduꝫ ꝙ Aui. notificat iſtam malã ebulitionẽ: & primo tãgit agẽs cum dicit ꝙ cauſa eius eſt adueniens extrĩ ſecus. i. cauſa agens eſt calor extraneus qui dicitur extrinſecus quia iſte calor eſt calor putredinalis corrũpens ſanguinẽ uel calor incendens quãuis nõduꝫ eſſet putredinalis faciẽs tamẽ ebulitionẽ ſicut in ſynocha ſine putredine. Dubitatur quia ſi ille calor eſt putredinalis: ergo poteſt dici intrinſecꝰ quia calor putredinalis eſt intrinſecus factꝰ extrinſecus: ut intelligitur q° methauroꝝ. Dicenduꝫ ꝙ calor ebuliens corrumpens licet poſſit eſſe putredinalis non dicitur intrinſecus: quia non eſt perficiens ſicut calor qui ebulire facit muſtum: ſed poteſt dici intrinſecus reſpectu caloris adurẽtis: ut habꝫ declarari q° methauroꝝ. Secundo tangit actionem quia ebulire faciens: & eſt notum hoc. Tertio tangit materiã cum dicit. OCCVLTATIO. i. occultos hũores ĩ nobis. Conſideranduꝫ ergo ꝙ ſanguis in nobis quãdoq; eſt aptus ebulitiõi ꝓfectiue & iſte non uocatur occultatus ĩmo oportet illum manifeſtari: qa neceſſario ebuliet ſicut eſt ſanguis ab utero cõtractꝰ: uel ex uſu ciboꝝ generantiũ ſanguinẽ illi cõſimilẽ quem oꝫ ebulire: ut rectificeť lꝫ ĩ hᵒ poſſit eẽ multa diuerſitas: aliqñ ſãguis nõ ẽ aptꝰ huic ebulitiõi: ſꝫ de ſe ẽ bonꝰ & per nullã bulitionem rectificabiť: nec illa indiget: & iſte ẽ occultꝰ ĩ nobis: qa nunq̃ de ſe ebuliẽs niſi ꝑ cãs extrĩſecas agẽtes: ſicť ẽ calor ſolis uꝫ aliꝰ calor põt tñ parari ĩ hᵒ ꝓp multã q̃titatem aut aliq̃ qlitatẽ aut caliditatẽ nõ tñ neceſſario eũ ebulire faciet: qcqd tñ ſit exponaťe. OCCVLTA. i. hũores q ꝛtinẽť ĩ nobis. Põt tñ

littera aliter exponi: ut dicat̃ cã adueniens extrĩsec⁹ occulta: qa aliq̃ occulta dispõ: sic^t aliqua praua constitutio pestilẽtialis cuius causa est occulta ut dicit supra Auic. Et ex hac dispositione aeris pestilentialis multuꝫ eueĩt multiplicari uariolas. Et nos uidim⁹ hoc ĩ prauis pestilẽtiis: & uidim⁹ añcedere & ideo dicit̃. i9. cõtinẽtis ca° de uariolis. Variole & blage. i. morbilli sunt de morbis qui dicũtur nuncii & ut plurimũ mouent̃ ex corruptione aeris inducta a cadaueribus zc̃. Quarto tangit effectũ hui⁹ ebulitionis qa ꝑmiscet humores cũ sanguine. Illa ergo ebulitio de qua pri⁹ dixit sepat & dimittit sanguinẽ rectificatũ: sꝫ ista ꝑmiscet & ĩ fine dimittit sanguinẽ adustum & corruptũ. Sed dubitat̃ qs sit modus quõ ista ebulitio permiscet. Dicendũ ꝙ in actu ebulitionis sanguis fit ei⁹ exagitatio: & ideo humores qui sunt secũ in hac agitatione cõmiscentur cuꝫ eo. Sed tu dices ita põt contingere in ebulitiõe perfectiua qa nõ absoluit̃ ab agitatione & cõmixtione: ergo nec amixtione dicta. Dicenduꝫ ꝙ uerũ est tamen finis est diuisio sanguinis cõpleti & boni & ideo ab eo denoĩatur: sed quia ĩ ebulitione mala nõ sequit̃ complemẽtuꝫ sanguĩs: sed fit solum cõmixtio & finaliter corruptio: & iõ dicit̃ 2ª ebulitio cõmiscere se ¶ Dubitat̃ iteruꝫ cũ ista ebulitio mala termĩet̃ ad ebulitionẽ & corruptionẽ sanguinis quare nõ dixit ꝙ ipsa corrumpit. Dicenduꝫ primo ꝙ dedit hoc intelligere: uel subtilius quia sanguis ebuliens ebulitione corruptiua nõ expectat ꝙ ultimo corrũpat̃ ad h° ꝙ faciat uariolas sed expelli potest ante hoc ĩmo plus hoc cõtingit eo ꝙ prius anteq̃ sit corruptus expellatur: & ideo notificauit talẽ ebulitioneꝫ ꝑ cõmixtioneꝫ: sed in ebulitione sepatiua si debet consequi finem oportet dictã aliquaꝫ partẽ sanguinis depurari & cõpleri licet nõ reputet̃ incõueniẽs ꝙ aliq̃ ꝑs illi⁹ sanguĩs bulientis anteq̃ ꝑficiat̃ possit pelli & facere uariolas qui si remãsisset fuisset complet⁹ sed cum toti sanguini accidat hec ebulitio necessario remanet pars que rectificata est: & hic est finis eius in ordine corporis hũani cũ calor iste faciens ebulitioneꝫ sit quasi naturalis. ¶ Quinto tangit exemplũ cãrum extrinsecaꝝ inflãmantiũ hanc ebulitionem facientiuꝫ. Et una causa est statio sub sole: naꝫ qñ homo exponit se forti soli ebulit ei⁹ sanguis & talis ebulitio nõ est cõpletiua: sꝫ corruptiua & permixtiua ¶ Secũda causa est uer permutatuꝫ ĩ suis qualitatib⁹: ut qa sit ualde calidũ & humidũ & ꝑmutatuꝫ in ordine. s. ad hyemẽ: qa etiã precessit hyems calida & humida: uel ad suas partes quia principiũ ueris ẽ calidũ & humidũ & finis fit remissior in hoc: & hoc est quod dicit.

PERMISCET HVMORES CVM SANGVINE COMMIXTO EVNTE. Id ẽ qui uadit cõmixtus in dispositiõe ebulitionis. i. quãdo disponit̃ ꝑ ebulitionem. i. quando ebulit ¶ ET STATIONIS SVB SOLE. i. quando homo exponit se soli. SICVT ACCIDIT. i. etiã accidit tal' ebuli°. APVD ALTERATIONEM. qa maxĩe fiunt uariole in uere & cuꝫ permutatur ad calidum & humidum putredinale: & cum male ordinatur hyems ad ipsuꝫ ut dixim⁹. Alia littera habet: COMMIXTIONE. tũc exponatur permiscere permixtione eunte. i. permixtione qua uadit in dispositione ebulitionis. i. quãdo ebulit. ¶ Considera aũt subtilem moduꝫ loquendi Auic. nam dicit ꝙ sanguis uadit cõmixtus in dispositione ebulitionis. i. quãdo ebulit siue qñ dispoĩt̃ per ebulitionẽ: quia cuꝫ haberet eẽ buliti: nõ essꝫ cõmixtus: ĩmo sepat⁹ qa ĩcinerat⁹. ¶ Alias uero diximus aliam expositionem subtilẽ: & dicebamus ꝙ ebulitio corruptĩa similat̃ ebulitioni ꝑfectiue siue separatiue: quia etiam in ebulitione ꝑfectiua aꝫ maior ꝑmixtio usq; ad finẽ ĩ q° ĩcipit separatio: unde mustuꝫ ebuliens a prin° ebulitionis: apparet magis turbiduꝫ q̃ añ ebulitioneꝫ: & ideo dicebã eunte in dispositione & similitudine ebulitiõis. s. pri⁹ dicte q̃ ẽ ebulitio separatiua: & ĩ hoc assimilant istã ebulitõꝫ illi. EVNTE ETIAM COMMIXTO IN DISPOSITIONE. i. similitudine statiõis sub sole. i. sicut accidit ei cui⁹ sanguis bulit sub sole & in hoc facit differentiã inter istã ebulitiõem q̃ fit a cã extrinseca: ut a calore extrinseco: & illã que fit a calore intrinseco ꝑm partem: qa fientem actione ad bonũ ¶ Considerandum autem ꝙ est inconueniens cõcurrere istas duas ebulitiões simul. uerbi gratia: sit puer qui sit paratus ad uariolas

ex residuo nutrimenti menstrualis: & fiat aer pestilentialis ebulitionē faciens similem ei que accidit ex statione sub sole puer hic ī curret uariolas:& quecunq; causa predomi nabitur in corrumpēdo uel seperando & p ficiendo illi dabitur iudiciuz in uictoriam disponis.Nos aūt de actione contrariorum agentiū satis loquuti fuimꝰ ī uniuersalibꝰ in qōne de temporibus morbi. ¶Sed circa dicta dubitatur. primo utrum ex residuo materie menstrualis possint fieri uariole & morbilli. Videtur primo q̄ nō quia īfans in utero nō nutritur menstruo: nec ex illo generatur. īmo ex optimo sanguine mulie ris:ut Auenzoar in fine teisir: & credimus fuisse intētionē Gal.ī li° primo.de spmate 8° ca°. ¶Amplius nos uidemus istas uario las tardari quādoq; ānis septē & quibusdā. iç.& ultra. Sed impossibile uideť q̄ usq; ad illud tempus steterit sanguis acceptꝰ ab utero.Item sanguis menstruus transiuit in mēbra pueri:sed mēbra non buliunt: ergo ex illo residuo nō fiet ebulitio. ¶Amplius quero quare nō ebulit statiz cū īfans extra uterū est:sed tardatur usq; ad tempus ebu litio & rectificatio istius sanguinis. Si eniz nūc bulit & multis ānis prius nō buliuit: quero in qua disposītione fuit prius :& quā dis positionē nouā modo acquisiuit. Dubitať secūdo:an uariole iste fiant ex toto sanguīe buliente:an ex aquoso & aereo: an ex fecali & grosso qui seperatur. Videtur q̄ ex sang uine toto quia omnes auctores ponūt uari olas fieri ex materia sanguinea:unde Aui. infra dicit.¶Causa ī uariolis ē repletio sang uinea zc̄. In contrariū quia uariole fiunt ab eo quod expellitur:sz ille superfluitates expelluntur:sanguis aūt bonus rectificatus debet teneri. ¶Dubitatur tertio.utruz ad generationē uariolarū & morbillorum ne cessario concurrat ebulitio in sanguine. Videtur q̄ non quia magna quātitas sang uinis potest expelli per nares nulla febre p̄ cedente: ergo poterit expelli dispersim ad cutim & facere apostemata parua circa eaz: & sub ea:& iste erunt uariole ¶Amplius si ebulitio requireretur esset hoc maxime in generatione uariolaz que fiunt cum recti ficatur sanguis malus qui fuit reliquia nu trimenti menstrualis: sed ad rectificanduz sanguinē non requiritur ebulitio:naz illius rectificatio ē seperatio partium aquearum & terrearū facientiū ipsuz īmundum:sed talis seperatio potest fieri absq; ebulitione .s.per actum uirtutis attractiue retentiue & expulsiue sicut a sanguine seperatur me lancolia colerica & aquositas. ¶In cōtrariū est Aui.& Auenzoar.& Rasis.i8° cōtinētis. ca° de uariolis:& reliqui auctores. Ad pri mū dubium dicenduz q̄ ex residuo nutri menti mēstrualis fiunt uariole & morbilli ut plurimū.i.plurimus aduentus istorum est ab illa causa. Ratio est :quia īuenimus quādoq; istū effectū non posse reduci nisi in istam causaz:notū eniz est ex sensu non ī ueniri hominem fere qui hanc passionem euadat.licet diuersificetur in quantitate & modo. Notum etiā est pluribus.īmo quasi omnibus paucis & quasi menstruose euadē tibus in prima etate & usq; ad.ç. uel ad.6. uel.7m ānū euenire:ergo aliqua causa cōis est:sed nō uidentur cōicari nisi ī causa usus lactis:& hec nō est causa quia lac humanuz est cōueniens multis:ergo ē causa ab utero: sed nulla potest esse cōis nisi ex materia cōi menstruali: fiunt ergo hec accidentia ex cā menstruali:modus aūt est iste. Sanguis.n. menstrualis qui de mense in mensem ex pellitur ē quidaz sanguis superfluicꝰ aquo sus nō bene maturꝰ:& ideo aptus ē ebulīr. Si gº īfans iste nutriť tūc ipse stans ī uenis eiꝰ īficit sanguinē q generať ī puero extra uterū ex lacte uel cibis: similiter si mēbra pueri sūt facta ul augmētata ex illo būore siue mēstruo disponūt sanguinē q cōtinue generať ī puero ut fit aquosus crudꝰ ēt ap tus ebulitioni:si aūt iste sanguis mēstruus ꝓpiodice expellať:dico q̄ nō fit nutriēs fetū nec mā nutrimēti eiꝰ neq; augmēti eiꝰ neq; generatōis:ut bn̄ dixit Auēzoar. & nos de clarauimꝰ.3° cañ.fen.2i. & tūc dicemus q̄ iste sanguis cū retineať ī tp̄re imp̄gnatōis īficit q̄litate fetū & sanguis eius & mēbra: unde sanguis eiꝰ fit aquosus crudꝰ & indi gēs ebulitiōe :ut rectificeť siū aptꝰ fiat ebu litioni p q̄ rectificeť sicut mustū. Ex qº az solutio ad p̄mū arm qa nō oz q̄ fetꝰ nutri atur ex mēstruo ad hoc q̄ sanguis eius dis ponatur & inficiatur per menstruū taliter q̄ ebuliat in posterum: sed sola infectio

q̄litatiua ſufficit ſicut ipſe Auēzoar pulcrū dat exemplum: naz uaſa inuitreata longin qua ſunt inbibitione: & infuſione rerum liquidarum que ponūtur in eis: tn̄ uidim⁹ q̄ longinquitate tēporis recipiūt īfectionē & inbibitionē a fermento poſtq̄ ibi factum fuerit & cōtinuaī ibi t p̄re longo ita q̄ poſt multaz ebulitionem ſi poſueris ibi paſtam azimā fermentabiī abſq̄ fermento aliquo quod nō fiet ī uaſe nouo. Ad ſecūduz dubiū dicēduz q̄ mihi non apparet dubiū in medicina de quo nō credā auctores aliquid dixiſſe niſi hoc dubiū. ſ. q̄to t p̄re pōt aliqs humor remanere ī corpore ſiue ſit humidū naturale ſiue ſit preter naturā unde īueni m⁹ a Gal. ī li° de ictericia & chachochimia qđ maluz regimē factū ī iuuētute apparet ī ſenectute: & hoc pōt eē p remanentiā qualitatis abſq̄ remanentia eiuſdez humoris in uenim⁹ etiā q̄ colera iuuētutis pōt īueniri in prima ſenectute: ut ītelligiī a Gal. in cō mento ampho. 2ᵉ particule. VLTRA VERO HANC ETATEM. Et ab Auic. infra in ca° de ſignis emitritee: cuz dicit aut fiat ſenex poſt iuuētutē & acuitatē complexiōis nō tamē apparz q̄to t p̄re de fine iuuētutis durauit colera q̄ īueniī ī prima ſenectute: extrema. n. iſtaz etatū ſunt cōtinua nec apparet mihi aliqua uia ꝓbabilis qua tempus remanentie humoris in corpore humano poſſit bene cōprehendi ī ſua latitudine: ſed credo uel hoc ſcibile eē nō ſcitū: uel hoc non eſſe ſcibile ſicut nō ſunt ſcibiles ꝓportiones irrationales: ut apparet. 5° Euclides. cōmento. 3° ¶ Ad argumētuz dicendū g° q̄ nō oz illū ſanguinē menſtruū qui trāſiuit ī fetuz uel illū ſanguinē fetus qui īfectus ē ꝓpter cōtractū remanere cū ſua corpulentia uſq̄ ad euentū uariolaz: ſed ſufficit q̄ ſucceſſiū remanet illa īfectio: ſicut ſi aliquis cōcipiaī prima die qua mulier īcepit mēſtruari fiet leproſus. iz^mo āno: & ſi cōcipiaī. 2ª die fiet leproſus. iz° anno: uel uſq̄ ad. iç^m: & ſi cōcipiatur in tertia die fiet leproſus a. z6° āno uſq̄ ad. 36^m. & ſi die. 4ª mēſtruationis ſue fiet leproſus a. 37°. anno uſq̄ ad. 48^m. ut dixit Azorogi. ca° de lepra: & tn̄ nō imaginandū eſt q̄ corpus mēſtrui remanet ī toto illo tēpore: ſed remanet īfectio que tali t p̄re illū inducit effectū. Sed circa predicta dubitatur: ſi eniz ſanguis mēſtruus: qa crud⁹ malus īficit pueꝛ: unde accidit illius ſanguinis ebulitio: q̄n ergo menſtruū mulieris retinetur & nō uenit ad matricē: ſed ſpgiī p uenas mulieris quare nō bulit & nō facit ī mulieribus uariolas: deberemus eniz mulieres que nō menſtruanī uidere pati uariolas. ¶ Dicendum q̄ menſtruū mulieris q̄n nō fluit ad matricē uerbi gratia. ꝓpter opilationē uenaꝛ matricū tūc ſparſuz p corpus corrumpitur & putrefit nec natura ſuſtilit illū: ut buliat & rectificeī. Sed ſubtiliter cō ſideranti hoc dictū nō ſufficit. Videī g° q̄ ſanguis qui ebulitioni & rectificationi eſt aptus nō ſit ipſuz menſtruū eſto q̄ trāſiret cū ſua forma in uenas fetus: ſed ſit aliquis ſanguis fact⁹ ē mēbris. ſ. epate pueri infecto qualitatibus menſtrui ſanguinis qui etiaz ſanguis ſtat in uenis pueri q̄ uene & carnes pueri & omnia mēbra ſunt īfecta illa īfecti one: & cū omnia iſta ſint aggregata: tūc fit ſanguis aptus ebulitioni: aut cuz euenit ex natura illoꝛ ciboꝛ aliquorū fieri ſanguinē cōſimilem huic. Secūdo dubitatur in quo differt infectio mēſtrualis q̄ eſt cauſa lepre ab infectione mēſtruali que eſt cauſa uariolarū & morbilloꝛ. ¶ Videbis eniz quoſdam pueros uariolatos qui uidenī ac ſi haberēt lepram: & apparet q̄ infectio qua fiūt uariole nō eſt ita praua & eſt rectificabilis per ebulitionē: & tamen in eo quod apparet de diſpōne mulieris cōcipientis non eſt aliqua differētia ſubtilior iſta. ſ. q̄ leproſus ab utero cōcipiaī cū actu menſtruali mulieris: ſed ex cōceptu extra tēpus menſtruationis fit infectio qua fiant uariole & morbilli: hanc ergo dubitationem dimitto aliis diſcucien dam: hic enim nimis protellaret: quia oporteret me dicere de lepra multa & difficilia dimitto etiā quo tempore fetus conceptus magis inficiatur ad generationez uariolaꝛ: an ſi concipiatur ſtatim poſt menſtruoruz receſſum: an ante ad uentū: an in tempore medio equaliter diſtāte ab utroq̄ extremo. Et imaginabile eſt fetum melius diſponi & minus pati in poſterū uariolis: ſi cōcipiaī aliquibus diebus poſt purgationē menſtrualem ita q̄ cōcaua matricis & partes eiꝰ ſint nitide & ſanguis uenaꝛ mulieris fit mūd⁹ & nōdū aliq̄d ſēſibile reaggregatū ē ꝓ aliq̄

menſtruatione futura: & tu conſidera.
ꝙ in ſtatu calor febrilis ut calor eſt maior ſed non ut preternaturam. ¶ Ad ſecundaꝫ rationeꝫ eiuſdem concluſionis dicet ꝙ declinatio incipit ſtatim cum morbus incipit. Ad tertiam negabit ſimilitudinem de effimera & putrida: naꝫ ſpiritui inflāmato nō debetur digeſtio oppoſita putrefactioni: qa ſi deberetur eodem modo diceretur ꝙ in ſtatu effimere q̄uis calor ſit maior ẽ tamen remiſſa preternaturalitas. ¶ Ad rationes q̄rte & q̄nte cōcluſionis dicetur ꝙ accidentia que fiunt in ſtatu morbi ſalubris ſunt accidentia cōia non facta ui morbi: ſed agitatione materiei. ¶ Quinto arguo contra ſolutionem rationū: & oſtendo ꝙ ꝓpōnem difficilem que dicit ꝙ digeſtio facit ceſſare putredineꝫ nō bene exponit. Mūdinꝰ dicit eniꝫ ꝙ digeſtio debetur cauſe antecedenti: & ideo facit ceſſare putredineꝫ. i. maliciam cauſe antecedentis. Sed contra qa ſi ceſſat malicia cauſe antecedētis. i. humoris putridi ceſſat malicia cōiūcte cauſe. i. uaporis putridi. Thadeus dicit ꝙ digeſtio facit ceſſaꝛ putredinem ſimpliciter ſiue qualis eſt putredo cadauerum: uel materie morbi mortalis: ſed non facit ceſſare putredinem q̄ eſt natura uincente. ¶ Sed contra oſtendo ꝙ adhuc eſt difficultas quia natura uincente nam comparatur ad putredine ſimpliciter ſiue natura exiſtente uicta: ſicut parua putredo ad magnaꝫ: ſed ſi aliquod contrariuꝫ facit ceſſare ultimū ſiue contrariū magnuꝫ nō tollitur quin poſſit facere ceſſare p̄mos gradus illius contrarii. Exemplū calidum in ſecundo quāuis faciat ceſſare frigidum in q̄rto nō tamē eſt dicendum ꝙ non facit ceſſare frigidum in ſecūdo quod tamē non ſic faceret caliduꝫ debile. Item adhuc ſtat difficultas: quia natura uincente. licet ſit putredo tamen minus eſt putredo q̄ ſi natura ſit uicta. Dicet ergo aduerſarius cōtedo ꝙ ſanies fiat natura uincente: & ſic q̄dam putredo tamen quanto minus eſt ibi de uictoria nature tāto ibi ẽ magis remiſſa putredo ſiue ratio putredinis remanꝫ ergo difficultas queſiti. Quarta opinio ẽ Truſiani florētini. qui dicitur plus q̄ cōmentator ī tegni quā opi. accipit Dynꝰ: & declarauit illā. Ad cuiꝰ declarationē premittit tria. Primū eſt ꝙ tēpora morbi dupliciter diſtinguntur. ſ. in alteratione materie & in actione materie in mēbra: nam tēpora non attribuūtur morbis niſi ſm ꝙ eſt in ipſis aliquod fieri. Duplex aūt fieri cōſpicitur in morbis materialibus. Vnum ẽ alteratio materie a natura: & Aliud eſt alteratio mēbroꝝ a materia. Ex p̄ma alteratiōe diſtīguuntur tēpora morbi penes digōeꝫ materie uel oppoſitū: & tūc morbus ẽ in principio quādo materia ẽ cruda: & tūc in augmento quādo digeritur: & tūc in ſtatu quādo eſt perfecte digeſta. Ex ſecūda uero alteratōe tēpora morbi diſtīguūtur penes accidētia quia actio materie preter naturā in mēbra ẽ cauſa male diſcraſie ſui morbi quo in mediate actiones leduntur q̄ actiones leſe ſunt accidētia diſcraſie: cū gᵒ īceperūt accidētia morbi ẽ in prinᵒ: & cuꝫ augenť ẽ augmentuꝫ: & cū ſtant ẽ ſtatus: & dicūt iſti uiri ꝙ ī morbis ſalubribus tēpora morbi ex actiōe materie & actiōe nature nō ſimul accipiūť quia in morbo ſalubri quanto materia eſt magis alterata tanto minus imprimit nocumentuꝫ: & ideo accidentia ꝓprie morbi ſunt remiſſiora quanto magis materia eſt digeſta: ſed ī morbis mortalibus ſimul cō currunt qa materia quanto plus habet de corruptiōe oppoſita digeſtioni: tanto plus ledit & maiora facit accidentia ꝓpria morbo. Ex quibus uult habere Truſianus ꝙ quādo dicimus aliquā diſcraſiam fientem procedere ad augmentum: & ſtatum non ſemper intelligitur ꝙ procedat de gradu minori diſcraſie ad maiorē gradum: & de maiori ad maiorē quia hoc ſolū eſt in mortalibus excepto ꝙ in eis non eſt declinatio. In morbis autem ſalubribꝰ non ẽ diſtinctio tēporum ex augmento diſcraſie de minus ad magis: ſed ex augmento accidentium cōmuniuꝫ. ¶ Secunduꝫ quod premittunt ẽ ꝙ accidentia in morbis quedā ſunt ꝓpria quedā coīa uocant accidētia ꝓpria facta ui morbi: ſed accidentia coīa que potius fiunt ui nature agitantis materiā & uacantis ab aliis opationibus. In morbis ergo ſalubribꝰ tēpora non diſtinguūtur penes accidentia ꝓpria: ſed penes quedaꝫ accñtia coīa: nam accidentia ꝓpria ſequūtur diſcraſiā fientemꝫ ex actione materie in membra ſecūdum ꝙ diſcraſia augetur de minus in magis: ſed

quando morbus eſt ſalubris diſcraſia illa non procedit augẽdo quia cũ illa diſcraſia fiat a materia putrida ſicut in ea procedit digeſtio: ſic illa mala qualitas procedit declinando: & ideo morbus ſalubris in ſtatu eſt minor quam in augmento: & in augmento minor quã in principio quantum ad accidentia propria: & hoc uult Galie. in cõmento illius afforiſmi. INCHOANTIBVS MORBIS. Vbi dicit: ꝙ in morbis ſalubribus uirtus naturalis quieſcit in ſtatu quia minus patitur a materia: & iõ morbꝰ in ſtatu eſt minor: ſed quantũ ad accidẽtia cõmunia tẽpora morbi ſalubris diſtĩguũt penes augmentum eorum accidentiũ quia in augmento ſunt maiora quã ĩ principio & in ſtatu maiora q̃ in augmento & quia hec accidentia non fiunt ab eſſentia morbi immo a quadaꝫ incitatione nature: ideo nõ ſunt uerenda nec propterea dicit infirmus rationabiliter grauari ex illoruꝫ preſentia Sed contra rationeꝫ: ut ſumitur ĩ cõmẽto illius afforiſmi. NON SECVNDVM RATIONEM ALLEVIATIS. Tertiũ quod premittit Dynus eſt ꝙ in febre duo conſideramus. ſ. eſſe caloris & calor & ut preter naturã: & illa differunt quia calor ut calor poteſt eſſe intẽſus & non ut preter naturaꝫ: ut patet in exercitato: & quãdoq; econtra ſicut in febre lenta maligna: dicũt ergo ꝙ in ſtatu morbi ſalubris calor ut calor eſt intenſior uel maior: ſed nõ ut preter naturam: & ratio eſt quia caloreꝫ febrilem eſſe preter naturaꝫ magis cognoſcimus ex nocumento operationuꝫ uirtutis oppoſite morbo materiali que eſt uirtus naturalis: ſed uirtus naturalis eſt minus leſa in ſtatu in quo materia eſt digeſta: digeſtio enĩ eſt actus uirtutis naturalis que opponitur putrefactioni. His p̃miſſis dicũt ad qõneꝫ ꝙ febris ut dicit calorem preter naturam: ſiue ut dicit morbum eſt minor in ſtatu ĩ quo materia eſt digeſta & in principio eſt maior: & hoc probant quinq; ratiõibus. Prima ratio ſumpta eſt ex natura materie quia in prĩcipio materia eſt magis putrida & ĩ ſtatu minus: quia digeſtio facit ceſſare putredinem: ergo in principio febris eſt maior & in ſtatu minor: conſequentia patet quia maioritas febris ut eſt calor preter naturã ſiue morbus pẽdet a peiorĩtate cauſe facientis illam que eſt materia putrida. Secundo ſic & eſt ratio ſumpta ex uirtute: quia in ſtatu uirtus magis uincit & in prĩcipio minus: ergo in ſtatu febris eſt minor q̃ in principio: conſequentia patet quia ad tenorem uirtutis facilius uicte q̃ uincentis eſt diſpoſitio egra: ut ponit Galie. in tegni ſcd̃o tractatu. Cum ergo uirtus eſt magis uicta egritudo ẽ maior: & cuꝫ ẽ minꝰ uicta egritudo eſt minor: antecedens patet: quia in ſtatu ẽ materia magis digeſta: gͦ uirtus ẽ magis uincens materiaꝫ: ſed ſi materia digeſta eſſet magis uincens tunc pro eadem menſura tẽporis uirtus eſſet magis uincẽs & magis uicta quod eſt contradictio. Tertio ſic & ẽ rõ ſumpta ex parte accidẽtiũ in ſtatu quando materia ẽ digeſta accn̄tia ꝓpria morbi ſunt dimittenda: gͦ morbus ẽ minor: cõſequentia patet. quia accidentia propria morbi ſequũtur morbuꝫ ĩmediate & per ſe: & ideo ſicut augetur uel minuit morbus ita & accidẽtia propria: antecedẽs ẽ notuꝫ conſideranti in ſingulis morbis. Verbi gratia in pleuriſi: naꝫ in ſtatu ĩ quo materia eſt digeſta accidentia minuuntur: ut dolor lateris: tuſſis ſicca: malicia pulſus & difficultas anhelitus. Quarto ſic & ẽ ratio ſumpta a febre: aliqua febris ſemper procedit declinando. ergo nõ omnis febris habet ſtatum penes augmentum diſcraſie: cõſequentia eſt nota: & antecedens patet in febre ſynocha ꝑ augmaſtica. i. declinatiua. Illa ratio non uult niſi ꝙ nõ ſemp ꝓcedẽte morbo ſalubri & digeſtiõe materie ꝓcedat augmentuꝫ morbi ĩmo põt ꝓcedere declinatio. Quinto ſic & ẽ ratio quã Dynus putat demonſtrare & ſupponit ꝙ quanado aliquid mouetur uerſus aliqueꝫ terminuꝫ plus denominat̃ a termino ad quem quaꝫ a termino a quo: ut cum aliquis mouetur a nigro in album dicit̃ dealbari. Et quãto plus procedit in motu tanto plus dicitur dealbari eo ꝙ albedo eſt maior. Secundũ quod preſupponit eſt ꝙ quando apparent ſigna digeſtionis tũc homo mouet̃ uerſus ſanitatem ut notum ẽ. Et tunc arguitur in illo tempore morbus eſt minor in quo eger plus appropinquat termino in quo eſt ſanitas: ſed in ſtatu in quo materia eſt

digesta homo plus appropinquat sanitati: g° zc̄.maior patet ex suppositione prima & minor patet ex secunda. Ex quib⁹ rōnib⁹ dictis dicit Dynus q̄ patet solutio ad contraria. Sed Trusianus facit duas difficiles instantias. Prima est: diceret aliquis q̄ñ in pleurisi materia colligitur in culpum pleurisis non resoluitur: sed saniatur tūc ē status: sed tūc accn̄tia pleurisis sūt maiora quia circa generatiōez saniei dolores & feb. accidunt. Respondet dupliciter. Primo q̄ tūc pleurisis non ē in statu sed in augmēto Et quia illa solutio non ualet quia saltez in augmento etiā accidentia ꝓpria debēt esse minorata in morbo salubri. Ideo dat solutionez aliā & dicit q̄ pleurisis que saniatur & colligitur in culpum non est morb⁹ simpliciter salubris īmo accidit apostema sani ari per dilacerationē mēbri que dilaceratio est morbus nō minor q̄ apostema. Et Dy. declarās banc solutionē dicit q̄ si ī pleurisi cuz materia digeritur addantur accidentia hoc est per accidens: quia ratione alterius morbi qui consequitur.s.ratione solute continuitatis ex qua dolor & febris augentur. Secunda instantia est quia Gal. ī tertio de creticis dicit q̄ morbus acutus uelociter ꝓperat ad statū:& hoc contingit in morbo acuto etiā salubri. Velociter autē moueri ad statū ē plus habere de alteratiōe morbi uersus ultimuz augmentū morbi. Rn̄det q̄ morbus acutus salubris nō dicitur cito moueri: nisi ex ueloci & cita coīcatione accidentiuz coīuz non aūt ꝓpriorū. Et tūc post multa dicit q̄ uera declinatio morbi sit p⁹ principiū cū natura incipit resurgere super materiā morbi ita q̄ a principio neutralitatis usq̄ ad hāc horā in qua digestio incipit apparere tria tēpora trāsiuerūt. Hec sunt dicta horum uirorum solennium. Et siqs cōsiderabit mentē Conciliatoris differētia .ió.o. fuit opinio eius. Impugnatio uero hui⁹ opinionis erit ex positione nostra que recte contrariatur huic opinioni. Ad declarandum ergo quod intendimus in hoc quesito. Primo ponemus casum de facto in quo rōcinatiue ostendemus propositum nostrum. Et casus est iste: sint duo homines & incipiant ambo febrire febre putrida cōtinua de materia putrida sāguinea & un⁹ moriatur in die.iq̄. & alter euadat in eadez die: & ille qui moritur procedat cum his signis quia primo habeat urinam rubeam crudam:& est tunc in principio. Deinde incipiat fieri liuida & tendat uersus nigruz & tūc est in augmēto Vltimo fiat urina nigra & est in statu: & tunc moriatur. Et ille qui euadit procedit cum bis signis quia primo habeat urinam crudaz in principio deinde incipiat apparere nebula rubea uel parum alba non descendens ad fundum:& tunc est in augmento Deinde appareat ypostasis alba leuis & equalis & tunc est in statu & superueniat sibi crisis & euadat. Quod autem due febres inchoantes simili mō possint esse diuerse terminationis una ad salutem: alia ad mortem est manifestuz quia mortalitas & salubritas in morbo nō sunt semper ex diuersitate morboruz in se sed in comparatione ad uirtutez ut innuit Galie. in libro de tēporibus uniuersalibus morbi 2° capitulo illud tamē plus quieuit in morbis cronicis: ut patet intelligenti in tertio ꝓnosticorū cōmento. 7°. Si ergo consideras infirmum predictum qui moritur uidebis q̄ illa materia gradatim procedit de corruptione minori ad maiorē quousq̄ sanguis ultime corrūpatur & denigretur: unde apparet urina nigra & morit̄ īfirm⁹ In illo autem qui liberatur materia etiam ꝓcedit de minori putrefactione ad maiorē nam sanguis iam dealbatus similis cuidaz sanici que fit in apostematib⁹ est magis putridus: & magis fetidus q̄ in principio sue putredinis sicut sanies ē magis qd putridū q̄ sanguis putridus ante conuersionem in illam. Cum ergo apparet urina cū ypostasi alba leui & equali in hoc febriente. tūc materia est magis putrida q̄ pri⁹ & uenit tūc ad ultimum putrefactionis quod potuit uenire cuz refrenatiōe & resistētia uirtutis que poterit illaz materiā expellere. Et exemplum huius est q̄ imaginemur unum subiectū denigrabile quod denigrat̄ nullo resistente manifestum est q̄ deuenit ad ultimum nigredinis. Aliud autē subiectū denigretur aliquo refrenante uel impediente & manifestum est q̄ non perueniat ad ultimum nigredinis: sic etiam oportet imaginari q̄ ī febre mortali p̄dicta sāguis

ſine prohibitione ꝓcedit ad putrefactionē: unde ultimaꝫ putredo: & moritur homo: ſed in febre ſalubri etiā ſanguis ꝓcedit putrefaciēdo & addēdo in putrefactione a p̄n cipio uſq; ad ſtatuꝫ: ſed ꝓpter refrenatiōez uirtutis ſiue ꝓhibitionez nō ultimatur putredo nec etiā ē illi⁹ modi putredo. Et ideo licet morbus uſq; ad ſtatū creuerit: tamē ī pugna uincet uirtus eius fortitudine que ſignificaꝫ ex hoc q; non p̄mittit uenire ad putredinez puraꝫ & ad ultimitatē: ſꝫ termi nauit ad talez graduꝫ & talem formā unde eſt facta. uerbi gratia: materia illa ſimilis ſaniei in apoſtematib⁹ febris. ergo ſalubris putrida ꝓcedit ſemp augēdo p̄ter naturaꝫ uſq; ad ſtatum. Et in ſtatu habet ultimuꝫ ſue magnitudinis quā poſſibile eſt habere ꝫm naturaꝫ illi⁹ materie. Ex quo ratiocino inferas q; in utraq; haꝝ febrium tempora morbi diſtinguūtur. tam penes alteratiōez materie q̄ penes actionē quā materie faciūt in membra. Et ideo in febribus ſalubribus ſicut ꝓcedit augēdo putrefactio ī ſanguine ita ꝓcedit diſcraſia preter naturaꝫ addēdo: q; eſt cōtra ſermones pluſq̄ cōmentatoris. Et ſi conſideras illa diſtinctio tēpoꝝ morbi eſt ꝓpria diſtinctio que ē penes alteratiōez quā facit materia ī mēbra quia illa tēpora menſurant illaꝫ diſcraſiam febrilem que ē in augeri. Sed diſtinctio temporū morbi penes alterationē quā recipit materia nō eſt ꝓpria morbo: ſed eſt ꝓpria cauſe ſiue principio que formaliter cauſat eam. His preMiſſis ponamus quattuor concluſiones. Prima eſt q; putredo in febre ſalubri pōt ꝓcedente febre augēdo ꝓcedere de minori gradu putredinis in maiorem: & intelligo gradum non perocupationez pluriū partiū humoris qui putrefit: ſed per aquiſitionez pluriū partiū caloris putredinalis ītenſiue: unde de minori extraneitate ad maiorem ꝓcedit quicqd ſit illa caliditas putredīalis. Et inducā rōnes q̄ ſi nō ſunt demōſtratōes ſufficiūt tamē ītellectui ad capiendū illud quod credo eſſe uerū. Prima ratio eſt putredo in humorib⁹ eſt ſimilis ei que ſecūdū apoſtemata: ut dicit Gal. ī primo de dīiis febriū: uidem⁹ aūt cum flegmon incboat a ſanguine putredo quod ꝓcedit augēdo in putredine ſanguinis: īmo q̄ñq; ī putredīez mēbri cuius ſignū eſt q; ſanguis a p̄ncipio putridus exiſtens ut faciat febrez putridaꝫ ſi educatur īciſio apoſtemate crudo apparꝫ ſanguis rubeus īncenſus aliqua putredine nō multa unde nō fetet. Poſterius āt q̄uis ſit flegmon ſalubris apparet ī ſanguine fetor q̄n trāſmutaꝫ in ſaniem. Fetor aūt eſt ſignū caloris extranei ut concorditer dicūt omnes doctores. Scdo ſic putredo in humore potens cauſare febrem ſalubrem pōt eſſe multoꝝ graduū diuerſificatorum ꝫm magis & min⁹, hoc patet q̄a calores febriles a quib⁹ homo pōt euadere ſūt diuerſificati ꝫm magis & min⁹: ut nō ſolum diuerſi homines ſed etiam unus homo poſſit habere calorē febrilez alicuius malignitatis & euadit & iteruꝫ maioris malignitatis & euadit & maioris uſq; ad aliquem tantū. Conſimiliter aūt gradus putredinis ī hūore faciente febrē aqua hō poteſt euadere poſſunt eſſe diuerſi ꝫm magis & minus. Tūc arᵉ aliquis homo incipit febrire cum gradu minoris putredinis de gradibus ſalubrib⁹ ergo nō eſt ꝓhibituꝫ uł̄ īpoſſibile ꝓcedēte febre q; humor acquirit maiores gradus putredinis ſtante etiaꝫ ſalubritate febris. Tertio ſic poſito ſufficienti receptiuo: & actiuo actio intēdendo ꝓcedit: ſed īchoante putredine faciente aliquā febrez ſalubrem humor eſt ſufficiens receptiuū putredinis: & calor extrane⁹ agēs: g° poterit putredo ī hūore intendi febre procedēte nec hoc tollit quin ſit ſalubris: ut apparuit. Sꝫ tu dices contra ex hoc non ꝓbatur q; ī ſtatu febris ſalubris materia ſit magis putrida. Secūdo per eandem rationē probabo q; putredo ꝓcedat de maiori gradu ad minorez morbo procedente. Ad primum dicendum q; ex hac prima concluſione nolo aliud niſi q; intellectus capiat ueritatē. ſ. q; febris ſalubris poteſt ꝓcedere & putredo augeri: nec uolo diſtinguere tēpora in ꝓceſſu morbi: ſed capiatur hoc ꝫfuſuꝫ quod ī ſequēti cōcluſiōe apparebit: & declarabitur q; digeſtio non tollit augmentū putredinis. Ad ſecūduꝫ dico q; febris q̄ principiaret cū ultimo gradu putredīs qui eſſet ultim⁹ ad quē febris ſalubris augendo pōt deuenire illa fe. eſſet mortalis q̄a poſt p̄ncipiū illi putredini fcā additiōe trāſiret in gradus mortalium: &

ideo licet putredo maligna nigra iudicata per urinã nigrã possit esse ad quẽ deuenit in febre salubri aliqua. tamẽ nõ potest esse a qua ĩ febre salubri inchoetur. Et iõ a febre habente urinã nigrã in ꝓcessu cõuenit liberari. sed a febre inchoante cuz nigra urina eiusdẽ modi cũ illa non cõuenit liberari quia oz sibi addere maliciã & hoc ĩtellexit. Gal. in cõmento illius affo. egestiões nigre. Secũda conclusio est ꝙ ꝓcedente putredine addẽdo potest ꝓcedere digestio in eadẽ materia: & ut hec conclusio ĩ qua stat tota questio melius appareat questionabimꝰ illam. Et arguit ꝙ illud sit ĩpossibile: qa duo motus cõtrarii nõ possunt esse ĩ eodem. ĩmo plus se cõpatiuntur motus & quies q̃ duo motus cõtrarii ut ponit Auer. ꝯ. phisicorũ cõmento. 62°. Secundo cõtraria nõ se patiuntur cũ in cõpositione cõtrariorum saluet oppositio cõtradictiõis. ergo cõtraria magis se cõpatiuntur. Tertio impossibile est eandem ꝓtem esse incineratã & diuisaz per humidi euaporationẽ & ipsaz esse commixtaz & iunctã per humidi mixtionẽ. cũ sicco. g° impossibile ẽ ꝙ humor ꝓcedat putrefaciendo & digestionẽ recipiẽdo. antecedẽs pz: qa illa uident esse incõpossibilia. consequentia pz: qa incineratio & exalatio humidi sũt effectus putredis: sed mixtio & coniunctio & contẽtio humidi cõtinuatione cũ sicco sunt effectus digestionis: & hoc pz cõsideranti dicta phĩ in. q°. methauroruz. Quarto quõ saluabitur ꝙ digestio facit cessare putredinem. ĩmo coaugetur putredo cũ digestiõe. Quinto modo apparẽtibus optimis signis digestionis homo poterit mori quod est cõtra Gal. tertio de crisi & contra illud ĩ quo cõfidimus. digestio enim ostendit fiduciaz sanitatis ut sepe dixit Ga. auctoritate ypo. cõsequentia patet quia aliqua mensura putredinis est q̃ posita in humoribus occidit. uerbi gratia sit putredo tertii gradus & sit aliquis qui iam habet ipsam in secundo gradu cum signis digestionis. unde debet saluari si tunc ulterius procedat putredo & ẽt digestio quod non est ĩpossibile. ĩmo conceditur. ergo trãsibit ad tertiũ graduz putredinis sed ille erat mortalis. In contrarium ẽ Gal. in primo ꝓnosticoz in fine. & primo de differẽtiis febriũ. Dicendũ ꝙ putredo ĩ materia: & etiã digestio possunt simul ꝓcedere addẽdo ut in se. salubri. uerbi gratia ĩ exẽplo p̃missso in sanguine. qñ incipit putrefactio tũc ĩcipit febris uel saltẽ qñ ĩcipit putrefactio manifesta: & tñ putrefactio addendo ꝓcedit tũc etiã cũ putrefactio incboat uirtute uasorũ cõtinentiuz acqritur alteratio aca siue digestio & ꝓcedit simul augẽdo cũ putredĩe que augẽdo ꝓcedit. sz ñ apparz manifeste talis digestio usq; ad augm̃tum ubi dicit cõiter ꝙ apparet signũ digestionis manifeste. cuz ergo apparet digestio ꝑ nebulã tendentẽ ad albedinẽ significantẽ ꝙ ille sanguis putridꝰ & natura uasorũ continentiũ ꝓcedit magis: & magis acqrẽdo digestionẽ putredo tũc magis ꝓcedit. Et hec quattuor uiis ꝓbatur. Prio tenẽdo ꝙ digestio materie q̃ putrefit & eiꝰ putrefactio significẽt formas ꝯrarias sicut albũ & nigrũ. Et arguitur sic positis sufficiẽtibus causis mouẽtibus & sufficiẽti receptiuo in ꝓcessu actionis plus erit acqsitũ q̃ ĩ prĩcipio: sed calor extraneꝰ ꝓcedens humorẽ putrefaciẽdo & calor naturaꝭ uasorũ cõtinentiũ sũt duo agẽtia siue cãe siue motores. unũ ad putrefaciendũ. aliud ad digerendũ: & sanguis est de se actionẽ ab utrisq; recipiẽs ꝑ eodẽ tempore: qa sunt simul approximata. g° ĩ sanguine ꝓcedet semꝑ digestio calore naturali uasorũ & putrefactio ab extraneo. hanc rõnem facit Gal. ĩ prĩo ꝓnosticorũ cõmento ultĩo. si quis nõ uult occultare dicta sua: & ipse ibidẽ utitur istis ꝓpositionibus Prĩa ẽ ꝙ in una quaq; ꝑticularum aĩalis ẽ uirtꝰ digestiua in aduẽtu nutrimẽti. uerbi gra sanguĩs cuiꝰ signũ est de albatio effectꝰ eius unde sꝑma fit albũ. Secũda ꝓpositõ est ꝙ sanguis derelictꝰ a regimĩe nature putrefit & corrũpitur ut pz in apostematibus. ideo si multum esset remota bona complexio: quia sit multus casus uirtutis fit putredo ut in corpore mortuo: & intelligit etiã Gal. ꝙ signũ huiꝰ ultime putredinis fit fetor: ut pz ĩ prinº cõmenti. Cuz g° Gal. obediuit hiis duabus ꝓpõnibꝰ. dixit ꝙ transmutatio sanguĩs q putrefit eo ꝙ derelictꝰ a regimĩe nature & q digerit qa mẽbra ñ sunt oĩno defecta ẽ transmutatio media ꝑ negationem utriusq; extremorum in esse puro: quia nõ est ei pura putredo nec pura

digestiõ cuz utrunq; procedat:& de utraq; forma plus acquiratur:quia plus agũt agẽ tia.licet semp fiat acquisitio mixta: qa sem per in ꝓcessu actiõis plus ẽ de realitate utri usq;.s.digestionis & putredinis cuius signũ ẽ:qa materia est plus alba & plus fetida:& ideo cũ Gal.ista uiderit dixit hũc sermonez in greca translatione ubi postq̃ posuit sang uinem exeuntẽ sua loca putrefieri sicut in mortuis si uirtus sit ultio deiecta ꝑ ꝓ ultiaz discrasiam dicit sic.si uero saluet aliqua uir tus ꝓmixta fit trãsmutatio a causa q̃ preter naturã:& ea q̃ secundũ naturã putrefatien te quidẽ ea q̃ preter naturã digerente uero ea q̃ secundũ naturaz. uide ergo quia Gal. applicauit humori duo agentia siue duas causas.unã que facit putrefactionẽ.aliam q̃ facit digestionẽ.si ergo ille due trãsmutati ones fiant oz q; in ꝓcessu sit plus acquisitũ ꝑ unã quanq;.licet ꝓportionaliter plus acq ratur ꝑ illã transmutationẽ cuius transmu tatio est uigo rosior. Et hãc eandẽ sentẽtiã inuit in.ç.de simplici medicina:& clari9 in primo de differẽtiis febriũ illo cap°. putre do autẽ.ubi dicit q; putredo sanguinis iue nis & arteriis in qua putredine sanguis ha bet digestionẽ sicut pus. qnod ĩ apostemati bus nõ dz dici simpliciter putredo.sz hz ali quid digestionis.nã remanẽte forti uirtute digestiua uenarũ & arteriarũ ille sanguis q inuenis & arteriis putrefit in talẽ alteratio onem deuenit. Cũ ergo Gal.dicit deuenit uel intelligit ĩ ꝑsenti uel ĩ ꝑterito.si ĩ pre terito hoc ẽ falsuz.s.q; prius q̃ putrefiat de ueniat ad pus ꝑ digestionẽ. si ĩtelligit ĩ pre senti tũc humor q inuenis & arteriis putre fit uenit tũc cũ putrefit ad formaz puris ꝑ actũ uirtutis digerẽtis.hoc est quod. Gal.ĩ telligit & hoc apparz etiã ĩ eo q; subdit. nã dicit q; cum humor qui putrefit nullaz re cipit alterationẽ ad bonũ conuertit ad ma lam putredinẽ nõ habentẽ in substãtia nec in colore signum digestionis ergo intelligit Gal.per oppositum q; cum humor qui pu trefit aliquam recipit alterationez ad bonũ per digestionem.tunc fit simul puri simul ergo putrefit & digeritur.Generaliter etiã sensit hoc Gal.3°.de simplici medicina cum multiplici uia probat quod idem simul po test moueri contrariis motibus. Secundo probatur eadem conclusio sic. ꝓmissa hac ꝓpositione.s.quotienscunq; aliquod subiec tum se habet per indifferentiaz ad duas for mas contrarias:& inducibiles a duob9 agẽ tibus contrariis quãcunq; dispositionem ac quirit ab eis successiue approximatis ita q; secundum agens nõ corrumpit totum qd9 primũ iduxit eandẽ põt acquirere ab eis si simul approximantur.hec ꝓpositio ẽ uera: qa mot9 nõ cõtrariant nisi qa termini con trariant.si g° prio alicui subiecto occurrit. unũ agẽs.deide cõtrariũ illi9 & qescẽte.2°. agẽte ab actione subiectũ remanet cum dis positione aliqua q̃ ĩcludit plus de utroq; cõ trario.ergo si ambo simul incipiãt agere ea dem dispositio poterit acquiri.Exemplũ pz sit aliquod corp9 denigrabile aut de albabi le & occurrat primo dealbanti & dealbetur successiue intensiue ad quartum gradũ al bedinis.post hoc aduenias denigrans: & in cipiat corrumpere albedinem usq; ad secun dum gradum:& sicut incipit ita incipiat ĩ ducere nigredinem.manifestum ẽ q; illud subiectum habet duos gradus albedinis:& alias partes nigredinis & plures quando ces sauit denigrans.q̃ quãdo ĩcepit denigrare: & albedinẽ corrumpere.si ergo hoc corpus est sic dispositum ꝑ duo agẽtia sibi succedẽ tia eo modo poterit disponi per illa duo si mul occurrentia scilicet diuersis superficieb9 hoc premissio sumatur alia ꝓpositio q̃ põt esse minor. sanguis ẽ quoddã subiectũ q; ꝑ quandã indifferentiã se hz ad digestionem per quã trãsmutatur in membra & ad pu trefactionẽ mortalem:& si ꝓcedat digestio sup eo secũdũ quẽcunq; gradũ potest etiam successiue ibi euenire putredo.uerbi gratia gradus digestionis sanguinis sunt q; proce dit ex prima humiditate in secundã & ter tiã.deide fit neruus uel os.uerbi gratia: & sic ꝓcedit de gradu albedis ĩ gradũ. sz cui cunq; humiditati põt incboare putredo:& ꝓcedere ad terminũ alium cum quo stabit de albedine illi9 humiditatis:& sic de dige stione idest de termio digestionis.ergo si si mul incipiat digestio in sanguine & putri trefactio poterunt procedere augendo usq; ad illum terminum signetur. ergo termi nus albedinis acquisite per digestionem. cum quo stat alius terminus nigredinis

ſiue putredinis acquiſite per putrefactionẽ que ſuccedit in tẽpore poſt digeſtionẽ :& ſit terminus ille.c.manifeſtũ eſt ꝙ ante.c.ſunt plures ꝑtes buius albedinis uꝫ ꝙ ad.a.quod quidez.a. fuit prima ꝑs albedinis acqſite ꝑ digeſtionẽ in iſto ſanguine nõ putrido ten dente ad formã membrorũ:& ſimiliter ſig netur terminus putredinis ſuccedentis qui ſtat cũ albedine:& ſit.f.manifeſtũ eſt ꝙ ãte .f.eſt aliquis gradus prior putredinis a q° putrefatiẽs incipit ĩducere.& ſit.d.& omĩa iſta ſtant ſimul in iſto humore. quãdo iſta agentia cõtraria ſucceſſiue trãſmutauerũt. ergo ſi ſimul incipiãt agere putrefactiones: & digeſtiones poterit putrefatiẽs ĩcipere ab ipſo.d.& ire ad.f.& digerẽs incipiet ab.a.& ibit ad.c.ſtabit ergo ſimul.c. intenſe dige ſtionis &.f.intenſe putredinis ¶ Tertio ſic accipiaẽ unũ compoſitũ ex euforbio & opio uel caſtoreo:& opio:& ſint reducta ad unaz formã ut ſit in fillonio fermẽtato: & accipe aliud corpus cõpoſitũ ex roſ: & camomilla uel roſis.& cinamomo:& in ſũma ex rebus minus calidis & minus frigidis q̃ ſit caſto reum & opiũ:& ſit etiã tale compoſitũ ꝑ fer mentationẽ ad unã formã redactum.uerbi gratia ſicut eſſet aromaticũ roſatũ uel roſa ta nouella manifeſtũ eſt ꝙ ĩ fillonio ꝑdicto ſunt plures ꝑtes caloris & frigoris q̃ in roſa ta nouella:& loqmur de ꝑtibus qualitatĩs: & hoc ꝓbatur : quia filloniũ manifeſte ſtu pefacit uirtute opii:& etiã diſſoluit uento ſitates uirtute caſtorii:& facit plus utrunꝙ q̃ roſata nouella:uel aliud dictũ. ergo habz plus de ꝑtibus caloris & frigoris.iſti autem effectus negabanẽ a medicis iuniorib⁹: & a puris pbãntibus.quia opera artis noſtre nõ uiderunt nec etiã uiderunt dicta particula ria auctorũ.non tamen curãtes de iſto dice mus.ꝙ Auer.ſoluit hoc in.5°.colliget cap°. penultimo quãdo dixit ſi miſceatur drag ma una piperis : & dragma una ſpice reſul tabit mixtum in quo compatio caliditatis ad frigiditatẽ erit minor q̃ compatio cali ditatis ad frigiditatẽ in pipere ſolo. nã ſint in dragma una piperis quinꝙ ꝑtes caloris: & una frigiditatis:& in ſpica ſint due ꝑtes caloris & una frigiditatis . ſi ergo componãtur compatio caloris buius cõpoſiti ad ſuũ frigus ẽ minor:& in ſolo pipe eſt maior . & hoc erit quia in tota ſumma caloris eſt.7.ꝑ tium:& ſumma frigiditas eſt duarum par tium.ſed.5.partes caliditatis piperis pl⁹ ex cedunt unam partem frigiditatis q̃.7.ꝑtes caliditatis excedant duas ꝑtes frigoris. ſi g° iſta ẽ mens. Auer.apparet ꝙ ĩ aliqua re poſ ſunt eſſe plures partes caloris:& cuz b° plu res partes frigiditatis . uerbi gratia in fillo nio.& in quadam re pauciores hoc ſuppoſi° miſceãtur uncia una filonii :& uncia media roſate nouelle :& ſupponatur ꝙ fillonium tranſmutet illam roſatam nouellam. mani feſtum ẽ ꝙ arquiret plus de caliditate & ẽt de frigiditate:uel aliter ex euforbio & opio reſultat primum cõpoſitum habens pl⁹ de caliditate & frigiditate.ergo ſi eadem ratio ne opium & euforbiũ ſimul tranſmutarẽt noſtrum ſanguinem plus acquireretur in eo de caliditate & frigiditate in ꝓceſſu trãſ mutationis q̃ in principio.ergo eadem rati one approximatis calore putrefaciente & ca lore digerente:quia non contradicunt plus q̃ calidum & frigidum. ¶ Quarto probaẽ eadem concluſio ratiõe morbi ſic. egeſtio ni gra apparens in ſtatu morbi eſt magis ſalu bris q̃ illa q̃ proceſſit a principio ut patz ĩ commento illius amphoriſmi egeſtiones ni gre.ſimiliter ypoſtaſis ſine nebula que ĩ q̃r ta die tendit ad nigredinem & non a princi pio poteſt etiam ſignificare criſim ſalubrez: & fluxum ſanguinis narium ut ponit Aui cenna primo cañ.fen:2ª.cap°.de ſignis colo ris urine. ¶ Et yſaac in.6°. urinarum cap°. 2°.ergo in materia procedit addendo putre factio:& corruptio:& etiam digeſtio . conſe quentia patet.quia materie q̃ a prĩcipio fue runt citrine & rubicunde non ſunt trãſmu tate ad nigredinem niſi propter additã pu trefactionem : ſed cum ex alia parte ſint ex pulſe cretice oportet ipſas digeſtionem rece piſſe ulteriorem q̃ prius quando erãt citri ne crude.ſimul . ergo proceſſit calor putre dinalis corrumpendo & denigrando & dige ſtiua uaſorum digerendo ut fuit ſibi poſſi bile. ¶ Ex hanc rationem ipſa neceſſitate cõ pulſus ſenſit Thadeus in gloſis preallegati amphoriſmi uerſus finem. ¶ Sed tu dices be ne pz ꝙ materie nigre que pri⁹ fuerũt citri ne ul rubee ſũt magis putride. ¶ Sz quõ cog noſcam ꝙ ſint magis digeſte non ex colore

quia ẽ niger non ex ſubſtãtia: qa eſſet equa lis q̃ hoc ſignificaret: ſed ī malo exeũte eq̃li tas ſubſtãtie uitupatur ut ꝓz prīo can. fen. z^a. cap°. de ypoſtaſis ſignis: & in 2°. ꝓnoſti. cõmento. 21°. dicendũ ꝙ cognitio hec habe tur ex colore nigro remiſſo nõ pueniẽte ad ultimã nigredinẽ lucidã: & ex ſubſtãtia ha bente aliqualẽ equalitatẽ quã equalitatem iudicabis nõ eſſe ex uictoria calidi putredi nalis ſimpliciter ꝑ aggregationẽ alioruz bo norũ ſignorũ ſup infirmo. etiã cognoſces ex hoc ꝙ prius potuerunt ꝑceſſiſſe ſigna dige ſtionis laudabilia cũ ypoſtaſi nõ nigra que erat uel de aliqua ꝑte minus mala materiei q̃ denigrat: uel de alia materia: & tũc iudi cium qđ ex illa ypoſtaſi laudabili dat eſt: qa licet materia que facit morbũ ſit uehem ter corrupta: & nigra ut nõ poſſit rectifica ri. tamẽ uirtutes membroꝝ naturales ſunt ita fortes ꝙ nõ multũ patiuntur a materia nigra. cuius ſignũ eſt rectificatio aliaꝝ ma terierum q̃ non ſunt ultimo maligne: & bo nitas aliorũ ſignorũ. Tenens autẽ uiam ꝑ miſſam oz ꝙ teneat ꝙ materia nigra q̃ ī pu trefactione ꝓceſſit etiã proceſſit in digeſtio ne. licet nõ ſic apparẽter ſicut ſi materia nõ fuiſſet ita mala. diuerſificantur enī gradꝰ digeſtionis ſecundũ quos ꝓcedit intenſiue ſecundũ diuerſitates malitie materierum.

Quinto ſic ſi putredo nõ ꝓcederet augeñ do procedẽte digeſtione: ſz remittẽdo. ergo febris putrida ꝑ ſolam digeſtionẽ poſſet ceſ ſare nulla euacuatiõe ſenſibili uel inſenſibili exiſtẽte quod uidetur ſatis incõueniens nec poſitũ nec repertum. licet pluſq̃ commenta tor concedat. hec conſequentia eſt nota. Sed tu dices quid prohibet putredinẽ remoueri per digeſtionem cum ſint contraria Item Gal. in cõmento affo. ubicunq; cibus ꝑter naturaz. zc̃: ponit ꝙ ſi putredo ſit parua po teſt remoueri. Item ſecũdo tera. 9°. capi°. ponit ꝙ ſemiputrida poſſunt reduci ad be nignum. Dicendum ad primuz ꝙ ꝓhibz agens contrarium. Ad ſecundum dicẽduz ꝙ illa eſt parua putrefactio q̃ non facit feb. ſed ueutralitatem. Vd tertium dicenduz ꝙ etiam illa eſt parua q̃ ſtat cum mīori pu tredine. Concludamus ergo ꝙ materia po teſt procedere in putrefactione & digeſtiõe quãuis ſint forme cõtrarie: ſed circa ꝑdicta ſunt difficultates non pauce: & prima eſt ꝙ humor putridus contineatur in uena & cir cumdetur ab illa: & uena illa ſit agẽs dige ſtionem in humore a qua parte põt humor attingi ab agente faciẽte putredinẽ. Dicen dũ ꝙ oportet hic duo agẽtia ponere. Vnuz eſt bona cõplexio uenarũ: & illa agit digeſti onem: & ſecunduz graduz ſue bonitatis eſt gradus ꝑfectionis bonitatis ī eadẽ materia. Aliud agens eſt calor extraneus in humore fundatꝰ q̃ dicitur calor putredīalis: & ẽ fũ datus ī humore ꝓpterea: qa naturalis ẽ fac tus extraneus. tamẽ ī hoc differt ꝓprie pu tredo & adbuſtio ut alias declarauimus ex Ariſtotile in. q°. methaurorũ. Sed oz uidere quod fuit agens cauſans iſtuz calorẽ extra neum facientẽ ebullire humorez. unde fit eius corruptio & ſepatio humidi a ſicco: & hic ſunt multi modi dicẽdi. Primus & faci lior ẽ: qa agens ſit calor aeris cõtinẽtis cuiꝰ aeris actio poteſt ad quãlibet ptem intrinſe cam noſtrã ptingere. Et modus ẽ iſte. nã quãdo humor in uena propter aliquaz cau ſam. uerbi gratia. uiſcoſitatẽ non diſpenſat a natura nec mouet ab ea nec alteratur uer ſus finez quẽ debet habere. oz ꝙ calor extra neus qui ẽ calor continentis illuz occupet: & tunc calor ītraneꝰ humori. cuius menſura & proportio tenebatur ſua mixtio factꝰ ex traneus per illuz calorez quem aer cauſauit ſiue ſit gradus caloris. ſiue improportiona tus calor nõ poteſt regere humidũ. imo mo uet motu extraneo ebullitio & euaporatio ſiue diſcontinuatiuo humidi a ſicco: & hic eſt proceſſus in putredine. Et apparet ex hoc ꝙ poſtquã aer impreſſit illum calorez extraneum in humore. Si humor ponere tur in uacuo procederet putrefactio. nec eſt inconueniens ꝙ per ipſaz uenam ſicut ꝑ me diũ aer cauſet illuz calorẽ extraneũ ī humo re: & tamẽ uena ſua propria uirtute cauſet continuo digeſtionẽ illius humoris. ſicut ī exemplo per mediã aquã poſſit tranſire ra dius me calefaciens: & aqua ſui uirtute me poſſet infrigidare. Sed tu queres humo re poſito ſub forma caloris extranei poten tis remanere in eo ceſſante etiam aere impri mente. unde humor putridus dicitur cale factus. Queres ſi putredo procedit augẽ do que forma eſt que acquiritur & augetur

Dicēdū uel ē ille calor extraneus qui auge tur per occupare plures partes humoris. un de in quibuſdā habebat eſſe factum & non in omnibus. uel eſt proceſſus & augmentū in gradu & malitia illius caloris : ſed tunc erit difficile dare agens & augens illam for mam mali caloris : ſed agens erit aut idem aer exterius continuans actionem . aut ipſi met fumi putridi qui euaporant coartari : & inuoluti circa humorē qui putrefit aut ipſe met calor q̄ mouet ſe de gradu ad gra dum ſecundum ponentes q̄ idem poſſit ſe mouere motu alterationis. Secundus mo dus dandi agens cauſans calorem putredīa lē eſt q̄ īmaginemur in nobis uapores diſ currentes per corpus . qui ſunt ſuperfluita tes reſpectu ſpirituum : & tunc quando hu mor non bene diſponitur groſſitie uel uiſ coſitate: uel aliter iſti uapores extraneant il lum: & generant calorem putredinalem: & q̄uis forſan in hyeme ſint plures tales uapo res q̄ in eſtate. tamen non ſunt ſic acuti nec ſic extranei: & forſan q̄ uapores nō ſūt plu res in hyeme q̄ in eſtate: & ideo non ſic acci dit putredo in hyeme ut in eſtate. Q ui autem tenet q̄ idē poſſit ſe alterare dabit hoc agens ab intra. hic tamen non prolōgo quia teneo q̄ idem poſſit ſe mouere non ta men omni modo motus. Secunda difficul tas principalis eſt quia ſi putrefactio . & di geſtio que ſunt forme contrarie poſſunt ſi mul intendi. tunc idem oportet concedere de calore & frigiditate: ſed impoſſibile uidē tur q̄ cum pluribus partibus caloris ſtent plures partes frigiditatis. naꝫ partes caloris excluſa frigiditate uidentur eſſe eiuſdē ra tionis. ſi ergo aliqua pars eſt īcompoſſibilis frigori: quia ab eo corrumpitur eadem ra tione: & alie partes. hanc difficultatem : & alias multas cōſimiles oportet me dimitte re. nam preſuppono q̄ qui uult tenere pre dictam concluſionem ſupponat hīc pro prī cipio q̄ forma habens contrarium intendi tur & remittitur per admixtionē cōtrarii & preter hoc per additionem partis ad par tem: & q̄ quelibet duarum formarum con trariarum qualitatum habet ſuaꝫ latitudi nem in ſuis partibus. que tota latitudo eſt extra totā latitudinem alterius: & cum hoc oportet q̄ teneat q̄ iſte partes ſunt uel eiuſ dem rationis imperfectione : uel alterius ra tionis in gradu perfectionis. Et oportet q̄ teneat q̄ quedaꝫ multitudo partium uni9 forme compatitur ſecum quandam multi tudinem partium forme contrarie: uel q̄ q̄ libet pars forme compatitur contrariū. Et ex his fundamētis ſuſtinebis q̄ digeſtio & putredo poſſunt procedere augendo ī eo dem ſubiecto: & eiſdem partibus ab ambo bus agentibus contrariis ſimul approxima tis. Et licet teneam q̄ augmentum forme accidentalis fiat duob9 modis predictis. ta men hic non eſt locus diſcutiendi illam . ſol uemus autem ad rationem ſtatim factaꝫ. cū dicitur ſi aliqua pars caloris eſt incompoſſi bilis frigiditati eadem ratione alie partes . nego conſequentiam propter duo. prīo: qa poſſet teneri q̄ omnes partes caloris extra totam latitudinem frigiditatis nō ſunt eq̄ lis perfectionis & hoc in ſe ipſis .2°. quia q̄ uis equalis eſſent perfectionis. tamen totuꝫ reſultans ex partibus non eſt equalis p̄fecti onis cum qualibet parte per ſe ſumpta : & hic eſt locus ſpeculationis. Tertia dubita° eſt an iſta duo contraria ſimul ſint in eiſdeꝫ partibus materialibus. Dicendum q̄ illud quod cadit in intellectu meo eſt q̄ ſint ī eiſ dem partibus materialibus & formalibus. Cui autem placet q̄ ſint in eiſdem formali bus & materialibus teneat illud Ad rati ones ſuperius in contrarium factas. Ad pri mum dicendum q̄ motus duo contrarii in eodem eſſe non poſſunt ueri & puri: ſed re fracti per formas refractas ſiue remiſſas : & tunc quodcunq; duorum agentium cōtra riorum uincet apparebit uictoria in eius forma: & ſi equabūtur apparebit equalitas ſi non eſt aliud impediens: & hoc eſt euidēs īmo tu locali. aliquis enim currens fortiter in naui mota equali uelocitate ad contrariū ſui motus nunq̄ mutabit locum Et cuꝫ dicitur q̄ motus plus compatitur quietē q̄ motum contrarium. Dico q̄ ſecundum Auer. debet intelligi q̄ quies quaꝫ dicit op poni motui nihil aliud eſt q̄ eſſe ī termino a quo: & ita in eſſe p̄fecto & actuali non p̄t ſtare cū motu: ſed in eſſe diminuto & potē tiali. ergo qa mobile dū mouetur p̄tim eſt ī termino a quo q̄ p̄s termini a quo ſtat ſtā te motu. iſto modo motus ſtat cū quiete: ſꝫ

duo motus cõtrarii.ſ.eiuſdez ipoſſibile eſt eſſe in eiſdez partibus eiuſdez mobilis. Vbi gratia:moueri a calido in frigidũ non ſtat ſimul cũ hoc q̃ ẽ moueri de frigido eodem in idez calidũ.uerbi gr̃a:acquirat̃ p̃modũ frigidũ.a.in aliq̃bus p̃tibus mobilis ipoſſibile ẽ q̃ in eiſdez partib9 frigidũ.a.depdat̃ & acq̃ratur calidũ.b.incõpoſſibile ipſi.a.ſz hoc nõ tollit quin ſimul ĩ eiſdẽ p̃tibus põt acq̃ri calidũ.a.& frigidũ cõpoſſibile ipſi.a. quod nõ eſt.b.ſed ſit.Verbi gratia.c.& hoc intelligit cõmentator. ¶ Ad ſecundam cũ dicitur contraria non ſe compatiuntur. Dicenduz q̃ uerum eſt in eſſe puro ſiue terminato:ſed in eſſe confracto ſiue interminato ſe compatiuntur. ¶ Ad tertiam dico q̃ humiduz quod exalauit p̃ putredinẽ quod non exalauerit eſt impoſſibile : ſed corpus quod putredini ſubicitur per continuaz exalationez fit magis ſiccuz:& ſic procedit putredo: ſed uirtute contrarii agentis illud ſiccum poteſt eſſe magis permixtum cum humido remanente & ſic procedit digeſtio: ſi ergo fuiſſet ſola putredo totum exalaſſz ſi digeſtio ſola fuiſſet totuz contentũ quia ergo utrumq̃ concurrit:ergo fit diſpoſitio utriuſq̃ compoſita. ¶ Ad quartaz dicendũ q̃ digeſtio facit ceſſare putredinem ultimã que eſt mortalis:ſed non facit ceſſare putredinem que incipit ĩmo gradatim additur illa putredo uſq̃ ad aliquem terminuz cuz quo etiam augetur digeſtio. ¶ Ad qntam dicenduz q̃ appẽtib9 ſignis digeſtionis nõ moritur infirm9 ex illa materia uel de illo mõ putredinis qui ẽ ĩ illa materia ſz ul̃ ex alia materia uel ex alio mõ nouo putredĩs ſup eadez materia. Verbi gratia ĩ ſanguine putrido ẽ facta digeſtio ſignificata p̃ urinã habentez ypoſtaſim cõuenientez: ſz natura pigritat facere criſiz:ut patz ĩ 3° de cretici: 9°.ca°.retenta ergo illa materia licz digeſta tñ alio mõ putredinis putrefiet & augeť & addeť ex illa febre q̃ poterit eẽ mortalis. Et cũ diciť ſint tres grad9 putredĩs mortalis: & ſit alia materia in ſecũdo gradu putredĩs ĩ aliquo gradu digõis. Dicẽdũ q̃ ſicut nõ oẽs grad9 caloris cõpatiunť ſecũ frigiditatẽ ut p̃fectiſſimus grad9 caloris ſic & putredo uſq̃ ad terminatã mẽſurã cõpatiť digõem ut ſibi contrariã non tamen omnis mẽſura putredinis compatitur digeſtionem manifeſtaz uel perfectam de quib9 cõfidimus. Iſte autẽ menſure in ſe ſunt note nature & nobis ſatis occulte: ſed ſunt manifeſte per q̃daz accidẽtia cõceſſa exeũtia:& huiuſmõi ab auctoribus. Cuz g° in aliqua febre ſalubri materia habet ultimũ gradũ putredĩs incõpoſſibilẽ digeſtioni: ſi poſtea addatur putredo uel de nouo ſuperueniat tollenter ſigna digeſtionis & apparebũt ſigna prauitatis & putredinis mortalis. Iaz g° declaratum eſt una uia q̃ una materia põt eſſe magis putrida & magis digeſta. Secũda uia eſt q̃ digõ & putrefactio ſunt in diuerſis partib9 nõ ſolũ materialibus :ſed formalibus humoris qui ẽ cauſa cõiũcta febris cõtinue ita q̃ ſanguis qui facit febrẽ cõtinuã ſalubrẽ quantũ ad quaſdam partes p̃cedit augendo ĩ ebulitione & putredine:& q̃tuz ad aliquas p̃cedit digõ addendo. Hec p̃põ licet uideatur extranea tamẽ p̃batur ſic. In febre ſanguinea ſalubri apparet p̃ ſigno pfectiſſime digõnis ypoſtaſis alba leuis: & equalis p̃ totũ que eſt deciſa a ſanguine qui eſt cauſa huius feb.ſ.qui ẽ ſanguis putrid9 ut ĩnuit Aui.in ca° de cura febris putride in generali: ſed manifeſtuz eſt q̃ tot9 ſanguis qui cauſat hanc febrez nõ eſt ſic de albatus:nec eſt ita maturatus:nam cum ueniet criſis per fluxum ſanguinis narium apparebit totus ſanguis rubeus: ergo parua p̃s eius fuit q̃ dealbationẽ recipit:& ſic apparz in alis febribus cõtinuis in q̃bus uidiſti ſigna digeſtionis per ypoſtaſim maturã q̃ eſt deciſa a materia morbi: & ideo cuz uidebis materias expelli in criſi ſalubri p̃ fluxum uentris nõ uidebis materias illi9 bonitatis ĩmo quãdoq̃ multe malicie. ¶ Item aliqñ criſis permutationis fit poſt ſigna digeſtionis.ut ponit Auic.q° cañ.fen.2ª. & tamen nũq̃ uidebis exituram incboare a materia digeſta digeſtione tali qualis eſt ypoſtaſis alba leuis & equalis: apparet ergo q̃ ĩ feb. ſalubri ſup̃ multas partes procedit multa putredo:ut oſtẽdit malignitas materieruz expulſaruz in criſi: & ſuper aliquas partes ſubtiliores p̃cedit digeſtio que partes cum expelluntur in urinã faciũt ypoſtaſim laudabilem. Poſt ypoſtaſim laudabilẽ appare bit quãdoq̃ urina turpis cũ turpi ypoſtaſi

quando crisis erit per uiam. ¶ Contra pre dicta arguitur. Primo: qa tūc in principio morbi possunt apparere signa digestionis. Secundo quia nūq̄ poterit dari fides signis digestionis: nam aliqua pars digeritur: & alia pars ꝓcedit augendo in putredinez: & poterit stantibus signis digōis hō mori ꝓp maliciā materiei qñ nō recipit digestionez: sz ꝓcedit addēdo ī putredine. Tertio tota materia cretice bñ euacuaē: iō totā oportet bñ esse paratā ad euacuationez sed si ē tota parata ergo tota ē digesta & nō solū pars. Quarto seqtur ꝙ apparēte in prin° nigra ypostasi uel nigra egōne hō possz liberari: nā deē ꝙ cū materia nigra a qua incboat febris unde apparet egō nigra fit aliqua ps materie q̄ recipiat digestionē & faciat ypostasim digestā albā leuē & equalē: ex b° significabiē ps materie digeri licet alia ps corrūpaē & nigrescat: unde fit ypostasis nigra quātū ad alias partes uel fit egestio nigra. Quīto sic materia que ī apostemate putrescit tota digeriē qa tota fit sanies alba. ¶ 6° sic materia que ī apostemate putrescit tota digeriē qa tota fit sanies alba leuis & eq̄lis: ergo tota materia q̄ ī uenis putrefit etiam digeriē & dealbabiē dealbatiōe simili ei qđ ī uenis subsidet de ypostasi laudabili & uideē esse intentio Gal. p̄° de drñtiis feb.

Ad primū dicendū ꝙ iō non az a principio signū digōis: qa natura non habuit adhuc illā materiā digerendi. ¶ Ad secūdaz dico ꝙ signis digōnis daē fides qa significāt ꝙ q̄uis materie ꝓcedāt corrūpendo & acqrendo plꝰ de malicia: tamen uirtus mēbroꝝ remansit fortis ꝙ cognoscimus ex b° ꝙ aliq̄ partem materie rectificat & dealbat a qua decidiē sedimē albū leue & eq̄le. nō ergo p albū sedimez arguimꝰ salutē infirmi: quia significemꝰ ex hoc ꝙ tota materia q̄ causet morbū sic dealbaē. īmo ps magna eius ꝓcedit ī corruptiōe & denigratiōe: & sic morbꝰ augēdo ꝓcedit & alia ps bona dispositione mēbroꝝ ꝓcedit dealbādo: nec materia que augeē in corruptiōe pōt tollere bonitatē cōplexiōis & fortitudinē cuiꝰ signū ē qa sedimen az albū & az ex hoc ꝙ signa digōis tūc oñdūt fiduciā sanitatis qñ pseuerant: ut dicit ypo. naz possibile ē ꝙ quādoq̄ appareat sedimē laudabile: sed nō cōtinuabiē ī appa ritione: & hoc quia alia pars materie que corrūpendo ꝓcedit augetur ad tantaz malicia ꝙ destruit bonā cōplexionē qua apparuit sedimē laudabile. Et postq̄ prius apparuit sedimē laudabile tunc ꝑ mutabitur ad malum: nō ergo ꝓrūpat medicus in iudicio salutis sup infirmo ī quo uideat signa digōnis: sed uideat si perseuerāt. ¶ Sed hic dubitatur. Primo q̄ pars materie est pluris quātitatis: an illa ī qua augetur corruptio siue putredo: an illa in qua augetur digestio & dealbatio: & dico ꝙ ut plurimū ī febribꝰ cōtinuis maior pars materie est illa in qua ꝓcedit corruptio & putrefactio cuiꝰ signū est qa materie q̄ cretice expellūtur ī maiori ꝑte apparent. male. turpes. fetide. nec uides ibi aliquod cōsimile sedimini albo leui: & equali. In febre etiā sanguinea sanguis q ea expelliē. uerbi gratia: ꝑ nares ē sanguis inflāmatus: nec expectes in ea saguinez nigrum uel uiridez pro crisi laudabili: quia sanguis faciens febrē nō tollerat tantā corruptionē q̄tam tollerant alie materie eo ꝙ staret uita cū tanto sanguine corrupto. Nō credo impossibile esse quādoq̄ materiaz q̄ dealbatur per digestionem quaz significat sedimen album esse maioris quantitatis ea que putrefit: sicut quādoq̄ cretice expelliē per fluxū uentris quod ē sicut sanies nullo precedēte apostemate. in flobotomiis etiam qñq̄ uidimus sanguinē cuius magna pars erat alba: sicut albedo sediminis. licet in eo sint possibiles alie cause a me assignate. ¶ Secūda dubitatio. utrū pars materie que ī febre cōtinua procedit in corruptiōe simul cū hoc in ea ꝓcedat digō. Et an pars materie que dealbādo procedit in digestione ꝓcedat etiaz in putrefactione. ita ꝙ digestio & putredo super utraq̄ procedat. ¶ Dicendum ꝙ pars materie q̄ ꝓcedit augendo in putredine pōt cū hoc habere aliq̄ digōem licet uincat putredo qđ significaē per maliciaz quā habet ex fetore: & malo colore qñ expelliē in tēpore crisis cū hoc tñ habet de digōne plus q̄ in principio cuz inceperit digeri: & hoc ē qđ declarauimꝰ ī prima uia: sed pars materie q̄ ꝓcedit in digōne: & dealbatiōe a qua decidiē sedimē albuz leue & equale: & etiā ꝓcedit ī putrefactiōe: tamen digō apparēs: & ē maior digō q̄ putredo. lz

